



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Clavdii Espencei Theologi Parisiensis De Evcharistia, Eivsque Adoratione, Libri Qvinque

Esponce, Claude d'

Parisiis, 1573

Liber Secvndvs, Qvi Est De Viatico, Et Mvltiplici Eucharistiae asseruatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30397



CLAV. ESPENCEI
DE EVCHARISTIÆ CVLTV,
LIBER SECVNDVS.

*De viatico, & multiplici Eucharistiæ asservatione.
Aliquot exempla illustria, cultæ sumptæque à
moribundis Eucharistiæ.*

CAPVT I.



QVIDEM vt in Eusebij, qui quis is fuit, scripto super Hieronymi morte, pleraque sunt non admodum eo digna, sic eo non est indignum, quod ait virum sanctum fratri ad se moribundum accedenti, & sacratissimum Iesu corpus offerenti, domesticis ei auxiliantibus, prouum se in terram prostrauisse, voce & lacrymis quantum poterat, clamantem, Domine, quis ego sum, vt sim dignus quod sub tectum meum intres? Et aliquam multa *Matt. 8.* concionatum, adorato susceptoque Domini corpore, *Luc. 7.* supinum in terram rediisse, sicque alterum quasi Simconem in Christo obdormiisse. Hanc certè preculam ex Centurionis Euangelici ore sumptam veteres Christi fideles in communionem sacra vsurpasse testantur & Liturgiæ Græcæ & Romana missalia. Et ad eum locum Origenes, hoc etiam nunc, ait, more intrat sub tectum credentium Dominus, Quando cibum sanctum, incorruptumque sumis *Homi. 5. in diversos.*

E

1. Cor. II.

Dominica
3. post Epip.
Corpus D.
ore, nedum
suscipi.
Epist. 118.
cap. 3.

Ambrosi⁹
moribundus
sumpsit sa-
cramentum.
viaticum.

Lib. 4. epi.
2. Laurētij
medicis pie-
tas.

epulum, vitæ pane atque poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinem Domini, tunc is subrectū tuum ingreditur. Et tu ergo temetipsum humilians, imitare hunc Centurionem, & dicito, Domine non sum dignus &c. vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti. Dicendo autem te indignum, dignum te cum illo præstiteris, In cuius si non tectum & parietes, at in cor certò & pectus Christus intret. Et homiliarius quidam Emiseni nomine, Cùm ad Christi, ait, sacramentum accedimus, & fragilitatem nostram consideramus, quid aliud dicit vnusquisque nostrum, nisi, non sum dignus vt intres sub tectum meum, non sum dignus, vt corpus & sanguinem tuum in ore meo suscipiam? Et huius etiã verbo hoc & exemplo excusat B. Augustinus cum, si cuius tanta peccati plaga est, & morbi imperus, vt medicamentum hoc differat, & communioni se aliquantum tempus auferat. Ita Christi corpus & sanguinem non exhonorans, sed saluberrimum sacramentum sic honorare contendens. Ad Hieronymi exemplum redeo: cuius simile de Ambrosio eius synchro retulit Paulinus super illius obitu, sic, Horatus sacerdos Ecclesiæ Vercellensis, tertio vocem se vocantis audiuit, sibi que dicentis, Surge, festina, quia modò recessurus est. Qui descendens obtulit sancto Domini corpus, Quo accepto, vbi glutiuuit, emisit spiritum. Bonum viaticum secum ferens, vt in esca virtute anima refectior, angelorum nunc consortio, quorum vita vixit in terris, & Helix societate lætetur. Hæc ille. Et hinc facere non possum, quin quæ sequuntur de moribundorum viatico, duobus exemplis anteuertam, recentioribus quidem, sed nihilo insignibus minus. Quorum prius retulit politissimus ille Poluianus de Laurentio medico magnifico illo suo vel omnium potius literatorum sui temporis parrono, hanc hac in re pietatem tantò post imitato, ita scribens, Nocte dein media quiescenti, meditantique sacerdos adesse cum sacramento nuntiatur: ibi verò excussus, procul, inquit, à me hoc absit, vt partiar I E S V M meum, qui me fluxit & redemit, adolque cubiculum hoc venire: tollite hinc obsecro, me

quamprimum tollite, vt Domino occurram. Et cum dicto subleuans ipse se quantum poterat, atque animo corporis imbecillitatem sustentans, inter familiarium manus obuiam seniori ad aulam vsque procedit, Cuius ad genua procumbens, supplexque ac lacrymans, Tunc, inquit, mirissime I E S V, tu nequissimum hunc seruum dignaris inuisere? At quid dixi seruum? imò verò hostem potius, & quidem ingratiſſimum, qui tantis abs te cumulatus beneficiis, nec tibi dicto vnquam audiens fuerim, & tuam toties maiestatem læserim. Quod ego te per illam, qua genus omne hominum complecteris, charitatem, quæque te cœlitus ad nos in terram deduxit, nostræque humanitaris induit inuolucris, famem, sitim, frigus, æstum, labores, irrisus, contumelias, flagella, verbera, postremò crucem etiam mortemque subire compulit; per hanc ego te salutifer I E S V, quæso obtestorque, auertas faciem à peccatis meis, vt cum ante tribunal tuum constitero, quò me iandudum citari planè sentio, non mea fraus, non culpa plectatur, sed tuæ crucis meritis condonetur. Valeat, valeat in causa mea sanguis ille tuus, I E S V, preciosissimus, quem pro afferendis in libertatem hominibus in ara illa sublimi nostræ redemptionis effudisti. Hæc atque alia cum diceret lacrymans ipse, lacrymantibusque qui aderant, vniuersis, iubet eum tandem sacerdos attolli, atque in lectulum suum, quò sacramentum commodius administraretur, referri. Quod ille cum aliquandiu facturum negasset, tamen ne seniori suo foret minus obsequens, exorari se passus, iteratis eiusdem fermè sententiæ verbis, corpus ac sanguinem Dominicum plenus iam sanctitatis, & diuina quadam maiestate verendus accepit. Habet in proauo suo Christianissima Regina mater proneptis eius Catharina, quam imitetur de corporis & sanguinis Domini in his mysteriis cultu fidem atque pietatem. Sic eidem seculo, aliquantò antè, ferunt Ioannem illū Huniadem, qui primus apud Hungaros frangi vinctique Turcas posse ostenderat, quorum etiam spoliis Hungarica templa ditauerat, sub extremo vitæ tempus, vrgente morbi vi, non esse passum

Ioan. Huniadis pietas Pius II. in Bohemia c. 67. In Europa. cap. 1.

Domini corpus ad se deferri, indignū esse causantem seruum à Domino visitari, seruuli domum Regem intrare, è lectulo surgentem, membris licet labentibus, cum defectis quoque viribus pedes ire nequireret, in eodem se vehi sacram iussisse: ibi de more confessum Christiano, diuina sumpta Eucharistia, inter sacerdotum manus terrena fastidietem animā Deo, pro quo tot se periculis obiecerat, reddidisse. Noua (inquiunt nouatores hodierni) sunt exempla hæc & nupera, non imitanda, multoque minus obligantia. At peruetus est exemplum & imitabile Serapionis Alexandrini, quem Eusebius Cæsariensis ex Dionysij Alexandrini ad Fabianum Romanum epistola, refert, cum lapsus & deprecabundus recipi non impetrasset, ægrotantem sic vt triduo mutus iaceret, paululum respirantem filia, vel ex filia nepoti ita dixisse, Quousque me detinetis? Quæso vos aliquem ex presbyteris rogate, & me velociter absoluite. His dictis rursus obmutuisse: currisse noctu puerum ad presbyterū, hunc etiam egrum, cum venire nequiuisset, quia præceptū ab Episcopo fuerat, vt lapsis præsertim supplicibus, reconciliationis nemo solatia denegaret, parum Eucharistiæ dedit puero, iussit, que in senis os infundi, vt vel sic posset emori. Dictum, iussum, factū: Senex sacramento in os instillato, parumque gustato, solemnitate expleta, quibusdam quasi catenis disruptis, lætas spiritum reddidit. Ex quo, inquit, certissimè constat huius boni auxilio neminem fraudādum. Quod cum Nicephorus nescio cur omisisset, sic alibi ceu refert, Lucianum martyrem moriturum, cum vis tyrannica ei nec templi, nec sacrarij copiam faceret, vincula quoque & plagæ motum denegarent, in suo ipsius pectore discumbentem tremendo illo operatum mysterio, Sic & ipsum de immaculato sacrificio participasse, & aliis vt iudem & communicarent, sua fuisse. Idque sacrum in carcere factum, vbi sacer ille chorus moribundum stipans Ecclesiæ specimen repræsentabat. Habes imaginariam, vt adnotat interpret langus, vel merè spiritualem, necessitatis articulo actualement excludente, Eucharistiæ perceptionem commendatam. Et S. Ioannem Chrysostomum

H. E. li. 6. c. 34. veteris editionis

44. nouæ, Serapio allato sumptoque sacramento obit.

Sic apud Petr. venerabil. quidam glutire non potuit. nisi confessus. li. 1. Miracul.

c. 3. Et in vita Bernar. lib. 1. ca. 12. Lib. 8. c. 31.

Luciani cōmunio velut imaginaria

Lib. 13. c. 37

per communionem percepta, dicentem, *Gloria tibi Domine* de rebus omnibus, ad Deum migrasse, non dubium de more Christiano atq; Catholico. Nam & Iustini pro Christianis ad Antoninum Pium Imp. apologia testatur Eucharistiam iam tum fratribus absentibus per Diaconos miti solitam. Quibus autem absentibus, nisi potissimum morituris, adeoque moribundis impertiri, quia *ἐφ' ὅσον ἔστι ζωὴς & ζωὴς*, ut Græci, Latini, vitæ æternæ viaticum. Quos etiam, ex hac inquam, vita migraturos, si pura conscientia hæc mysteria percipiant, decedentes suo angeli stipât satellitio, ut toties antè scripsit Chrysostomus, & inde deducunt, *ἀποτὸ φαρμάκου ἀγίασμα*. O sacrum peregrinationis nostræ viaticum, quo de hoc nequam seculo peruenitur ad cœlestis Hierusalem consortium, moriturus exclamabat Hieronymus Precabundus autem, & se ad Missam præparans Ambrosius, manducat te, aiebat, angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Post quos Sententiarj disputantes super huius sacramenti nominibus, habet, inquit, & futuri etiam respectum, quatenus est etiã fruitionis quæ in patria erit, præfiguratiuum. Nam ut panis ille corporalis, Manna, populum antiquum ad terram promissionis per desertum eduxit: sic esca hæc cœlestes fideles per hoc seculum transeuntes ad cœlum subuehit. Secundum quod rectè viaticum, quia in via nos reficiēs, viam nobis illuc perueniendi præbet, & in patriam vsque deducit.

Basiliius citante ibi longo. viaticum.

Lib. 4. dist. 8. A. Thom. part. 3. quæ. 73. art. 4. Manna.

De morientium Christi fidelium salubri viatico.

CAP. II.

Sed non est animus locos singulos persequi. Sufficiet qui occurrēt in hoc & significatu, & mortis, quo de loquimur, articulo, cum in patribus aliis, tum in Gregorio I. non infrequentes, ut cum de Saturnino presbytero lapsō & deiecto, & sacrificare præsumente scribit Episcopo Venantio, Sacri eum corporis & san-

Registe li. 4. epi. 5. di. 50. ca. Accedens.

E iij

- guinis Dominici participatione priuatum in pœnitentiam redige, sic vt ad obitus sui vsque diem id excommunicatione permanens, viaticum exitus solum tempore percipiat. Et cum quidam alienam messem die Dominico ante Missam exarasset, terminos etiam post eradica-
Lib. 7. ep. 1. set, Quorum, ait, consilio hæc egisti, duobus eos mensibus excommunicamus, sic tamen, vt si quid intra hoc temporis spatium eis humanitus euenerit, benedictione viatici non priuentur. Lucillum etiam Mileuitanum Episcopum cum presbyteris & diaconis reis, & in nescio quo crimine graui haud dubie consciis, depositum, eadem qua supra corporis & sanguinis communionem priuat, & conditione, vt eis urgente mortis articulo, viaticum non negetur. Et de transitu ancillæ Dei Romulæ, ex testimonio Speciosi presbyteri, quæ paralyti multos annos decubuerat, post triduanam in morbo diuinæ lucis & fragrantia consolationem, nocte quarta redemptam, magistram suam vocauit: qua veniente, viaticum petiit & accepit. Sic sancta illa anima carne soluta est, & ad cœlum ducta. Et hoc prior papa Siricius, de relapsis post pœnitentiam, Sacris quidem mysteriorum celebritatibus, non mereantur, licet intersint, à Dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt hac saltem distinctione correpti, & sua in se ipsi castigent errata, & aliis ab obscenis se cupiditatibus retrahendi exemplum tribuant. Quibus tamen, quia carnali ceciderunt fragilitate, viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subueniri. Eum secutus
Epist. 1. c. 5.
33. q. 2. can.
De his. Innocentius I. incontinentibus & voluptati post baptismum deditis, cum persecutionis tempore anterior Ecclesia pœnitentiam concedens, communionem negasset, ne huius facilitas securos minus à lapsu reuocaret, depulso ab ecclesiis terrore, ac pace reddita, de Domini misericordia vtranque reddidit obeuntibus, quasi viaticum profecturis. Sixti quoque III. Bassum calumniatorem Synodus Episcoporum 17. Romæ, misit in exilium, Valentinianus Augustus proscripsit & confiscauit, ita vt supremo tamen die viaticum ei ob Ecclesiæ pietatē non negaretur, Post quem, postque Synodos infra nominan-
- Tanta.*
- Lib. 7. ep. 61.*
- Homi. 40.*
super Euāg.
Dialog. 4.
cap. 15.
- Epist. 3. c. 2.*
- Platin.*

das, vt scias hac in re cum veteri iure nouum ius, moren-
 que adhuc retentum conuenire, innocentius I I I. In illo, *Extra de*
 ait, verbo per quod pœnitentiam morietibus non nega- *pœnit. &*
 mus, viaticum etiam quod verè pœnitentibus exhibetur, *remiss. cap.*
 intelligi volumus, vt nec ipsum decedentibus denegetur, *Quod in te.*
 corporis, inquam (vt & paulò antè de Liuoniensibus no- *Cap. Deus*
 uiter conuersis eorum rescribit Episcopo) & sanguinis *qui Eccl.*
 Domini sacramentum in mortis articulo tribuatur. Et *Liunienses.*
 Gelasius .I. ca. x x I I. quem multò post innouauit Tribu *27. q. 1. ca.*
 riensis can. x x I I I. Virgines sacras nubentes, & ince- *Virginibus*
 stos eorum maritos à sancta communione detruisit, nisi *ca. Si quis*
 publicè pœnitentes, non recipiendas, Sic tamen vt de se- *sacro. virgi*
 culo transeuntibus, si dignè pœnituerint, viaticum non *gines sacra*
 negetur. Stephanus v. Astulphum vxoricidam sic inter *nubentes.*
 cætera monet, Communione corporis & sanguinis Do- *33. q. 2. cap.*
 mini, cunctis vitæ diebus indignum te existimes. In vlti- *Admoni-*
 mo tamen exitus die, si merueris pro viatico (si sit qui ti- *re vxorici-*
 bi tribuat) tantummodò venialiter vt accipias, tibi con- *da.*
 cedimus. Nicolaum I. credo, imitatus, qui paulò antea *Ca. Lato-*
 matricidam annuæ pœnitentiæ iugo sic calligauerat, vt *ren.*
 anno post introeundi quidem in Ecclesiam haberet li- *Matricid.*
 centiam, tantum tamen inter audientes staret, sed non *Parricide.*
 dum communicaret. Completo autem trium anno-
 rum circulo, sacra ei communionis gratia concedere-
 tur, ante quod tamen triennium, si vitæ finis appropin-
 quasset, corporis & sanguinis Domini nostri particeps fie-
 ret. Sic Gregorius I I. ad Bonifaciū episcopū, De his qui
 patrè, matrè, fratrè aut sororè occiderint, vt toto vitæ suæ
 tēpore corpus Dominicū nō suscipiāt, nisi tēpore exitus
 pro viatico. Iā verò non singulos patres, sed patrū etiam
 audiamus Concilia. Synodi Ancyranæ post Apostolica
 tempora primæ, earū quæ recipiantur, Canon 6.
 pœnitentiā his qui minis aut metu sacrificassēt, iniūcta, de
 vita interim periclitatibus, aut ex infirmitate, aut morte
 aliūde imminēte, cōmunionē propter viaticū nō negāda *26. q. 6. ca.*
 fāxit. Quam omnes propè Synodos post videre est secu- *De his ve-*
 ras. Ni. I. canō aliis XII. aliis XIIII. de hoc ita habet *rō.*
 De his qui recedunt (ex corpore) vetus & canonica lex etiā nunc
 seruabitur, vt eorū nemo necessario & pōssit viatico (nouis-
 simo innamine) fraudetur. Et generaliter super tradeda

- morituro cuius communionem, seu oblationem, aut Eucharistiam, *ἢ μεταχρησῆναι εὐχαριστίας* penes Episcopum cura sit & probatio. Carthaginen. 1111. canō. 76. 77. 78. Pœnitentiam in infirmitate petenti, si is casu, dum ad eum sacerdos venit inuitatus, oppressus obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, cum testimonio eorum qui audierūt, dādā, & si quidem continuò creditur moriturus, superfundendam ori eius Eucharistiam, quod etiam Eucharistiæ ibidem vocatur viaticum. Aransicensis canon. 111. Niceni verba, nedū mentem secutus, Hoc morientis, ait, sufficit consolationi, siue reconciliationi, iuxta patrum definitionem, qui huiusmodi cōmunionem congruenter viaticum nominarūt. Et in capitulis Græcarum Synodorum, interprete S. Martino episcopo Bracarenfi. can. 83. qui etiam est superior Nicenus, Si quis de corpore exiēs, nouissimum & necessarium communionis viaticum expetit, non ei negetur. Et, Qui in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum Episcopi consideratione & probatione accipere debēt. Aurelianen. Concilij 1111. canon. 24. Si quis pœnitentiæ (solennis) benedictione suscepta, ad secularē habitum militiamque reuerſi præsumpserit, excommunicatione plectatur, viatico tamen ad exitum concesso. Eorundem meminit Toletani. x11. canon. 2. præfatus quosdam nimia interim ægritudine ita loquendi sentiendique naturale perdidisse officium, vt nulla suæ eis salutis cura inesse videretur, nullo pristinae deuotionis desiderio noscerētur anhelare. Quorum tamen casibus condolens fraternitas, talium ita necessitates in fide sua suscepit, vt vltimum eis tribuatur viaticum, ne scilicet sine fructu pœnitentiæ à seculo transire videantur. Sic breuiter canon Agathensis xv. Viaticum omnibus in morte positis non negandum. Sic Gerunden. canon. 1x. Qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, &c. Vormatiense Concilium superiores de patricidis & fratricidis canones inuauit. Nicolai præsertim ad verbū canone xxx. ante pœnitentiam scilicet completam, periclitantibus viaticum corporis & sanguinis Dominici (vt ibidem habetur) non

Ca. 15. qui.

Can. Qui recedunt.

Dist. 50. c. Is vero.

Dist. 50. ca. pœnit.

negandum. Canone autem Lxx qui ei synodovltimus 13. q. 2. cap. est, Grariano Magnutinenſis nomine citatus, addit, *Quæ* *Quæſtium.* ſitum de his qui in patibulis pro ſcleribus ſuſpēduntur, *Suſpenden-* poſt confeſſionem Deo per actam, num eorum cadaue- *dis cōmunio* ra ad Eccleſias deferenda, oblationes pro eis offerendæ, *neganda.* celebrandæ Miſſæ? reſpondet, Si omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & dignè pœnitentibus cōmunio in fine ſecundū canonicum miſſum danda eſt, cur non etiam iis qui pro ſuis peccatis extremam pœnam perſoluunt? Vbi legit ac velut exponit Gratianus, ſecundum præcepta canonum. Et, Cur canones cōmunionem vel ſepulturam eis interdiciunt (vel interdicerēt) qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt, & confitentur, vel confiteri deſiderant? Triburiēſis quoque Synodus turibus & Latronibus etiam rerum Eccleſiasticarum, vt in furto & rapina mortuis preces negat, ita vulneratos, elapſos, & deſperatæ valetudinis, reconciliari ſe myſteriis ſacroſancta piè deprecantes, x. Niceno & Carthaginenſis conciliis, ex Innocentij & Celeſtini decretis, vltimo & neceſſario viatico minimè priuat, ſed eis vt à perpetuo liberenter exitio, vel in ſupremis ſuis eum extrema pœnitētia cōmunionem tribuit. Quid enim aliud eſt vltimā pœnitētiā negare periclitanti, quā mortem addere moriēti. Ex quibus. Gul. Durantes in Repertorio, Rubrica de pœnitētiis canonicis. ca. 20. Et quæ impediāt communicandum, cap. 2. Et ſacerdotale Romanum tra- *Cap. 20.* ctat de pœnitētia inter antiquos canones pœnitentiales, volunt latroni volenti confiteri, aut confeſſo, dari Chriſti corpus: hæreticis vero, & quidem relapſis, etiam ſine vlla pœnitentia audiētia, iudicio ſeculari relinquendis, poſt tamen manifeſtè pœnitentibus, ſacramenta humiliter petita nec pœnitentiæ, nec Eucharitiæ, deneganda reſpon- *De heretic.* dit Bonifacius v l l l. Atqui tales non ita poſt rectā in i- *in 6. cap.* gnem mittuntur. Verū vt ſæpe cōmunionis & viatici *ſuper co.* nomine Eucharitiæ intelligitur participatio, ita neque *Cap. 31.* ſemper, neque neceſſariò. Eſt enim vbi his nominibus pœnitētiū per manuum impoſitionem ſumatur reconciliatio, ſeu confitentium abſolutio. Quæ vt non negatur quouis modo morituris, dummodò verè pœnitenti-

bus, Sic Eucharistiæ hominibus supplicio extremo addi-
ctis dandæ permittendæve mos adeò non obtinuit, in
Gallia certè nostra, vt superiore proximo seculo Rege
Guaguin. nobis Ludouico x i. Ludouicus Luxeburgus Comes sta-
lib. x. Ne- buli, maiestatis reus, capite damnatus, confessione Chri-
cobe Gillis. stiano more expleta, viaticum Christi corporis ministra-
Ludouicus ri orauerit, nec exorauerit aut obtinuerit. Res tamen di-
Luxembur- uina, siue Missa coram illo facta, & panis benedictus o-
gus. blatus, quem religiosè manducauit. Decollati in Grauia
Eandem. corpus per fratres Franciscanos elatum, & in eorum me-
Lib. 4. sen- dio choro humatum Anno 1475. Decemb. 19. Eandem
tètiar. dist. consuetudinem F. D. Soto in Hispania seruari testatur,
12. Quest. sed cui aliæ nationes obmurmurent, quoniam nulla ap-
1. Art. 11. paret causa, cur ad mortem damnatis verè modò pœni-
tentes eo beneficio priuètur, præcipuè contra tot cano-
num sanctiones. Et contra forsam satius esset hunc morè
non seruari, præsertim cum sæpe per hoc sacramentum
fiat homo ex attrito contritus, & gratiam suscipiat, quam
minus pœnitès non recepit. Adeoque vsu munire posset,
vt communionis defectu anima eius periret, qui alioqui
saluus fieret. Sed eiusmodi canones adeò non obligant,
quin possint per contrariã consuetudinè abrogari. Cuius
fortasse consuetudinis ortus fui, quod cū huiusmodi cõ-
dénati à cõmunionè reipublicæ abscindãtur, in eius ab-
scissionis signũ negatur eis cõmunionis sacramentum tan-
quàm reipublicæ hostibus (vel potius extoribus) Accedit
apparens irreuerentiæ nonnihil ita sacramento irrogando
si qui sacrum christi corpus suscepit, illico ita patibulũ &
crucem rapiatur. Et quandoque præ mortis atrocitate vo-
mitus (de quo postea) periculum imminere posset. Hæc il-
le. Multo minus sacris, sed ad periculum, aut etiã certam
mortem proficiscentibus, cõmunio sit petentibus, dene-
ganda, vt legere cùm de aliis, tũ de Philippico Mauritij
Cedron. Imp. excubitore desperata præ metu principis eum ma-
pag. 330. ne accersentis, vita. Et de Theodosio eiusdè Imp. F. qui
332. cum aphoca tyrãno ad mortem traheretur, prius imperta
Pau. Dia- uir, diuinis impertiri mysteriis, ita decollatus. Et manzil
con. lib. 17. sub principe Arcadio prius in hymnis & precibus perui-
Paul Dia- gil, ab ipsis celestium mysteriorum sacramētis circum fu-
con. lib. 13. sus in hostè processit in Chronico Vespèrgensi ad annum

Domini. 1104. Sigehardus comes seditione Ratij bonēsiū
 aduersus eū quasi reū maiestatis in Henricum 1111. cō-
 mota, in hospitio suo obsessus, foribus tandem effractis, *26. q. 7. ca.*
 confessione prius facta, sumpto etiā Dominici sacramēti *Ab infir-*
 viatico, capite truncatus occubuit. Secundum superiorem *mis.*
 autoritatē canonicā Theodorus Cātuariensis Episcopus
 in pœnitentiario suo diffiniuit, vt infirmi in periculo mor-
 tis positi, ne pietatis eis clausa ianua, neu à cōmunionē &
 veniæ cōsortio iudē videātur alieni, post purā confessionē *Vnctio ex-*
 peccatorū, pœnitentiæ quātitate magis innotescēte quā *trema.*
 imponēda, cuius tamē modū à sacerdote impositi cōua-
 lescentes & periculo erepti obseruarēt, amicorū orationi- *Lib. 3. epi-*
 bus & consolationibus Ecclesiasticis subleuari, sacra olei *stola. 4.*
 vnctiōne inūcti, secundū statuta sanctorū patrum viatici *Tho part.*
 cōmunionē reficiātur. Habes simile exēplum ægrotantis *3. Quest.*
 prius inūcti, mox sacri corporis viatico refecti apud Pe *80. artic. 9.*
 tr. venerabili Moribūdis ergo, si prius in eis cū benē va *Vomit⁹ aut*
 lebāt, huius sacramēti apparuit deuotio, debet id in mor- *exputio sa-*
 tis articulo exhiberi, nisi fortē timeatur aut vomitus, aut *cramenti.*
 exputationis periculum, quo acceptū sacramētū fortē rei-
 cerēt & excrearēt. Idque coacti, quod vt alioqui grāde (vt
 reuera est) flagitiū Ecclesia olim iā dānauit. Sic enim su-
 per hoc cauit Toletani Cōcilij 1. canō 14. Si quis acceptā
 à sacerdote Eucharistiā non sumplerit, velut sacrilegus,
 propellatur. Quoquidē canone cū nec adiecta esset vo-
 lūtatis discretio, Toletani Cōcilij 11. canon. 11. antiquū
 sic elucidauit, Cū & infidelis infideliter hæc agat, & fide-
 lis fidēter accipiat, quòd naturalis eū necessitas non sinit
 deglutire. Solet enī humanæ naturę infirmitas, in mortis
 exitu prægrauata, rāto siccitatis pōdere deprimi, vt nulla
 ciborū illatione refici, vix tātū illati poculi gratia dele-
 cterur sustentari. Quod & in multorū exitu vidimus, qui
 votis optatū sacre cōmunionis expectētes viaticū, collatā
 sibi à sacerdote Eucharistiā reiecerūt. Non quòd infideli-
 tate hæc agerēt, sed quòd præter Dominici calicis haustū
 traditā sibi nō possent (alterā speciē) deglutire. Nō ergo ij
 ab Ecclesiæ corpore separādi, qui necessitate, nō infideli-
 ter hæc fecerūt, hi præsertim, de quib⁹ nihil fidei sinistra
 sentitur. Placuit ergo definiere, quod neque fidei noceat,
 neq; infideli inultū existat. Quicunque ergo fidelis in eū

*Infantes.
Amentes.*

tabili qualibet infirmitate coactus, Eucharistiam perceptam reiecerit, in nullo Ecclesiasticæ damnationi subiacet: Idem canet de infantibus & amentibus, de quibus nunc nihil. Quisquis igitur absque inevitabili, ut dictum est, infirmitate corpus Domini proiecerit, siquidem fidelis, perpetua communione priuetur: sin infidelis, verberatus perpetuò relegetur. Quos tamen excessum hunc digna pœnitentiæ satisfactione deslentes, post quinquennium licebit communioni pristinæ reformari. Hæc Toletani. Et tãtam tamen in iis cautelam ex adoratione nimirum partim profectam, veteres adhibuerunt, ut si qui Eucharistiam vel ex infirmitatis causa vomuissent septē diēs, nedum siqui per ebrietatem vel voracitatem, multò, & meritò quidem, pluribus pœnitere voluerint, citantibus super hoc canonem, ex Bedæ & Romano penitentiario, Gratiano Burchardo, Iuone. Hinc communis illa Christi fidelium charos suos ex hoc seculo, vel cum viatico transire consolatio, & bona super eorum salute spes, vel sine hoc decedere, desolatio, & super eorum perditione coniectura. De quo in vtranque partem exempla sunt in vita D. Bernardi ab æqualibus eius cōscripta. Qui magnifico viro Iosberto de firmitate vicino suo, impetrauit alioqui moribundo, & confessionem, & diuinum hoc sacramentum. Quorum neutro sumpto Gerardus Aquitanix tyrannus magis quàm comes, subitò ibi mortuus, & miserè legitur extinctus. Et cum dicat scriptura, Est peccatum ad mortem, pro eo non dico ut roget quis, impœnitens, sine confessione ac viatico, de corpore egredientem spiritum ei reddidit, cuius minister in finem vique fuerat. Attamen idem etiam hæreticum super præcipuo Eucharistiæ negotio, hoc est, carnis & sanguinis presentium ibi veritate lapsum, subita correptum infirmitate, ad cor redeūtem scribit accito Episcopo S. Malachia, errore abiecto, & veritate agnita, confessum, à reatu absolutum, viaticum petiuisse, datam reconciliationem, & vno penè momento perfidiam ore abdicatam, & morte dilutam. Ita Petrum Abelardum, & ipsum non satis, ut quidam volunt, in Eucharistia firmum, pœnitentem, & monachum Cluniaci factū, Petrus venerabilis eius tum

*De consecr.
dist. 2. cap.
si quis per
neglig.*

*Burchard.
lib. 5. cap.
46. 49.*

*Lib. 1. c. 9.
Lib. 2. c. 6.*

1. Ioan. 5.

*In vita S.
Malachia.*

*Libr. 5. epi-
stola. 10.*

loci Abbas, morbo ad extrema perductum, peccata sanctè, deuotè, ac Catholicè confessum, magno inhiantis cordis affectu, viaticum peregrinationis, ac æternæ vitæ pignus, Domini scilicet corpus accepisse, suū ei corpus & animam fideliter commendantē. Et nihil vetar quin de similibus intelligamus eum canonis locum, quo precatur Ecclesia pro eis qui decesserunt cum signo fidei, &c.

Asseruatio Eucharistiæ propter infirmorum communionem.
Cap. III.



Æc igitur viatici moribūdīs & salubris necessitas, & necessaria salubritas, ratio fuit & occasio seruandæ extra vsum Eucharistiæ, ritus certè multò antiquior, quàm ex quibus iidem qui suprâ Canonistæ citant, Siue Concilium Vormatiēn. cap. 5. Vt presbyter semper Eucharistiā paratam habeat, vt quando quis infirmatus fuerit, statim communicet, ne sine communionē moriatur, Siue ex Turonēn. cap. 4. Vt presbyter pyxidē habeat, aut vas tanto sacramento dignum, vbi corpus Dominicum diligenter recondatur, ad viaticum recedentibus à seculo: Semp̄q; sit super altare obserata propter homines nefarios, & septimo quōque die mutetur: Illa à presbytero sumatur, & alia eodem die consecrata, in eius locum subrogetur, ne fortè diutius seruata, mucida (quod absit) fiat. Sit fides penes citantes, Nam in Turonicis tribus, & vno Vormatiēsi nihil legi tale. Extabat forsitan eorum tempore, vt & quod citant ex Concilio Rhemensi, cap. 2. cū in eodē infirmitatis articulo presbyteri quidam aut laico (vt in Serapione antè vidimus) aut fœminæ, sacrum Domini corpus ad deferendum infirmis, traderent, ita diuina paruipendentes mysteria, vt quibus prohibetur nec sacrariam ingrediuntur, nec ad altare propinquant, iis sancta sanctorum communicaret, Synodus id quàm esset horribile ac detestabile, omnium prudentiæ relinquens considerandum: interdixit, ne temeraria hæc præsumptio vterius fieret, sed omnimodis presbyter per semetipsum infirmum communica-

*De consecr.
dist. 1. cap.
Presbyter.
Burchard.
lib. 5. c. 10.
Burchard.
cap. 9.*

*Grat. can.
Peruenit.
Burchard.
cap. 30.
Laici aut
fœmina ne
infirmos cõ-
municent.*

Pyxides sacramentariae.

Canistrum vimineum, vitreum vasculum.

Cap. 9. Eucharistia sub utraque specie seruata. Intinctio permessa, post veterica. Can. cum omne.

ret: & si aliter fecisset, gradus sui periculo subiaceret. Eadem est sacramentarium pyxidum & pyxidularum origo, non tam noua, quam hodierni putant Nouatores, ut de quibus nihil vetet intelligi quod diuus Hieronymus de S. Exuperio Tolosæ tum episcopo scripsit ad Rusticum: Quod Domini corpus in canistro vimineo, & sanguinem portaret in vitro, Portaret, inquam, ut dicat quis ad eos qui conuenerant in Ecclesiæ cœtum, præsentem, quidni alius etiam dicat, & ad absentes, & quos (quæso) nisi morbo fortè sontoico detentos, & sic excusatos? Et in horum enim vsum sacramentum in pyxidibus seruari prædiximus ex Burchardo, & quidem sub vtraque specie, cum ea in vsum esset, Sacra, ibi ait, oblatione cum Christi sanguine intincta, ut veraciter presbyter infirmo possit dicere, Corpus & sanguis Domini (sub sua scilicet vtriusque specie) proficiat tibi, &c. Verum hanc intinctionem, siue Eucharistiam ceu pro supplemento communionis intinctam, & populo porrigi solitam, ut abusiuam, schismaticam, & diuinis ordinibus Apostolicisque institutionibus contrariam, & antè Iulium I. papa improbauerat, & post improbauit circa Vitaliani papæ tempora, Concilij III. Bracarenensis canon. I. Et Eucharistiæ tamen in vtraque specie seruatae euidentius extat testimoniū, quam ut vel dissimulari vel negari possit. In Chrysostomi persecutione, super ea sic ad Innocentium I. Rom. Pont. scribentis, hostes suos magno sabbato ad vespem (id est, die Paschæ) in primarium Ecclesiæ Constantinopolitanæ templum irruisse, & militibus, quorum etiam quidam nullis dum sacris Christianis initiati essent, hoc est, nondum baptisati, sanctuarium, siue locum ubi sancta erant reposita, *ἡθα τὰ ἅγια ἀπέκατο*, ingredientibus, & penitus omnia quæ intus erant, perlustrantibus & videntibus, sanctissimum Christi sanguinem, sicut in tumultu rãto fieri contingit, in prædictorum militum vestes effusum. Hic habes primum horrore fuisse S. Chrysostomo, nec dubium quin toti tum Ecclesiæ, homines illotos, & non tinctos seu non baptisatos, sancta cõspexisse: alterum, quod hic inuestigamus, seruari olim solitam etiam vini specie, seruari autem postmodum desitam, quia citò acescit: ut &

panis quoque speciem seruari diutius prohibitam, quod ea, licet serius, etiam mucescit. Has autem arculas Græci Latinique præci vocauerunt, vt & hodiè que vocant Ciboria & Cibotia. Sint autè prophanis scriptoribus *κιβώρια* & *κιβώτια*, folianè vasculorum, an vascula foliorum instar, post Horatium, Plinium, Dioscoridem, Athenæum, Cælium &c. Philologis & Lexicis Græcis & Latinis relinquo disputandum. Sic in libro Pontificum, pōtificum vitis, & alibi legimus Symmachum I. in Basilica S. Andree vel Syluestri, vel Martini (huius enim nihil refert) argenteum fecisse ciborium librarum cxx. & Gregoriū I. ad B. Apostolum Petrum, alterum super altare posuisse cum columnis quatuor ex argento puro, in eundem vsu, hoc est, sacramenti asseruationem. Et Zonaras scribit, Imp. Iustiniano, Ecclesia magna iam absoluta & consecrata, magnum globum terræ motu cecidisse, eoque casu *κιβώριον* sacræ mensæ cum ea contritum.

*Ciboria,
Cibotia.*

Tom. 3.

*Eucharistia superuenientibus Catholicis asseruata,
missa, & participata. Cap. 1111.*

Everunt & alia in Ecclesia veteri venerabilis Eucharistiæ tum in templis asseruandæ, tum etiam aliò atque aliò missitandæ rationes. Apparet enim ex historia Ecclesiastica Episcopis Catholicis Romani aliunde ventitantibus Romanos episcopos non hanc tantum vt sospitibus tesseram, sed & quidè multò magis vt cōmunionis & Catholicismi symbolū solènitè trāsmisisse. Sic Ireneus in Ieiuniosa illa, vt ita loquar, siue Paschali controuersia scribit ad Victorem I. papā & martyre, Præcessores, ait, tui Rom. Episcopi, aliter quàm nos Pascha licet obseruantes, nostratibus Episcopis suo more atq; secus quàm vos, id obseruantibus, Eucharistiā tamen miserūt, cuiusq; illis ministeriū pacis & honoris ergo Romæ permiserunt. Quem morem in legē abiisse, conicere est ex cōstitutione Melciadis papæ iudè & martyris, vt ex Episcopi cōsecratu oblatiões propter hæreticos (haud dubiè interno scēdos) dirigeretur per Ecclesias (indubiè Catho-

*Euchari-
stia episco-
pis catholi-
cis missa.*

Euseb. 5.

24.

Nicephor.

4. 39.

Concil.

tom. 1.

*Euchari-
stia super-
uenientibus
data.*

*Diaconi
Euchari-
stiam ab a-
lio cōse-
cratam & as-
seruatā su-
mebant.*

*Distin. 93.
can. Per-
uenit.*

*Euchari-
stia etiam
in episcopis
asseruata.*

*Lib. 1.
cap. 86.*

licas) Renarrant liber Pontificalis, Bedæ & Adonis Mar-
tyrologia: Et qui ad Damasum aut Rusticum Narbonē-
sem fertur Hieronymi liber de septem gradibus Eccle-
siæ, in sexto, qui sacerdotum est. Eucharistiā, inquit, iam-
pridem per presbyteros benedictam, si vsus exegerit, epi-
scopi accipere debent, neque id ad iniuriam reuocare,
quod à minori ea scilicet sit benedicta. Nec dico, presen-
tibus & altari Episcopis astantibus, presbyteros posse sa-
cramenta conficere (eorum, credo, iniussu) Sed si forte
vsus exegerit, vt venientes ad Ecclesiam sacerdotes (epi-
scopi) eisdem quibus horis oblatio aut parata nō sit, aut
etiam offerri non possit, non debent episcopi repudiare
Eucharistiā, si ponatur in altari, quam accipi oportet
propter Christum, quoniam corpus Christi est. Hæc ille.
Vbi audis Eucharistiā iampridem ab alio consecratam
aduentori episcopo porrigi solitam, & hunc in usum an-
tè parari. Idem videtur sanxisse de diaconis Concilij Ni-
ceni canon XIII. vt Eucharistiā vel ab episcopo aut
presbytero præsentem sumerent, vel si non fuissent in præ-
senti episcopus aut presbyter, proferrent ipsi & mandu-
carent, ab illorum scilicet altero prius cōsecratam (nam
idem canon negat diaconos sacrificij huius offerendi ha-
bere potestatem) & in usum petentium aut petiturorum
cū aliorum, tum diaconorum asseruatam. Et si non est
dissimulandum hanc particulam non esse in fonte Gra-
co, nec in alia translatione, vbi ponitur hic canon in or-
dine XVIII. & à Gratiano eundem canonē citante præ-
termitti. Sit igitur coniectura locus hic, non argumētum
necessarium. In hunc externorum, inquam, aduenientium
& peregrinorum, nec tantum in ægrotorum vsum, Eu-
charistiā etiam in episcopis, nedum in templis dilige-
ter olim seruari solitam apparet, de templis quidē, præter
superiora, ex Concilij Turonē. II. sub Pelagio I. cano-
ne 3. Vt corpus Domini in altari, non in armario sub cru-
cis titulo componatur. Nec ita post sub Gregorio I. Pe-
lagij successore Gregorius episcopus Turonensis, eius &
æqualis & amicus, miraculorum in gloriam sanctorum
martyrum, capite quo scribit non esse tractanda sacra a-
nimo polluto, scribit & inter alia, idque in adolescentia
sua

sua gestum audiuisse, In Ricomagensi vico ciuitatis Ar-
 ueouæ, die festo S. Polycarpi martyris, lecta (eius) pas-
 sione, cū reliquis ex canone sacerdotali lectionibus, ad-
 ueniente tempore ad sacrificium offerendum, Diaconū *Turris sa-*
 accepta turre, in qua ministerium (vel potius mysteriū) *cramenta-*
 Dominici corporis habebatur, ferre cœpisse ad hostium, *ria.*
 ingressūque templum, vt eam altari superponeret, ela-
 psam de manu, in aëre latam, & sic ad aram accedentem,
 manu non potuisse assequi, quòd in conscientia, credo,
 pollutus esset, &c. Hic conicere est sacramentum in tem-
 plo confectum, in Episcopium, Episcopi domicilium, tē-
 plo vicinum in turricula aut arcula sacramentaria, mitti
 solitum, ibidemque asseruari, donec iterum die solenni
 ad publica missarum solennia in basilicam referretur.
 Ferri autem & referri, haud opinor sine reuerentia soli-
 tam, & ferentium & spectantium.

*Eucharistia ad monachos delata, & in eorum
 usum asseruata. Cap. V.*

Erit & Eucharistiæ asseruandæ gestandæque
 occasio, monachorum quoque solitudo, vt
 hominum vbiq; olim potius quàm in oppi-
 dis, & nusquam magis quàm in desertis mo-
 rantium. Qui, cum laicorum pars essent ali-
 quandiu purissima, & alij rarius, sepius alij, quotidie qui-
 dam communicarent, conicere est presbyteros, quos illi *Euchari-*
 apud se ordinarios non habebant, aut aliunde, siue ex vi- *stia ad mo-*
 cinis vrbibus aut vicis proficiscētes, Eucharistiam prius *nachos de-*
 ibidem consecratam ad eos deportare fuisse solitos, aut *lata, & a-*
 ad monasteria profectos ibi conficere, & confectam so- *pu*
 litariis illis pro suo cuique modo ac tempore vtendam, *er*
 ac proinde asseruandam relinquere. Palladius in vita Ab- *nata.*
 batis Or. Viris, ait, magnis mos est, nihil carnis admitte- *Cap. 9.*
 re, priusquam spiritale alimentū animæ tradiderint, hæc *Euchari-*
 autem est Christi cōmūio. In vita Apollo Abbat, Nos *stia ante*
 inquit, osculatus, lauit, orauit & hortatus est ad refectio- *omnem ci-*
 nem. Hoc autē faciebat omnibus fratribus qui ad ipsum *bum quoti-*
 veniebant. Qui etiam cum ipso erant fratres, alimoniam *diana.*
Cap. 52.

non prius accipiebant, quàm Eucharistiæ Christi communicassent, idque hora diei nona, qua ex iis multi de monte descendebat, & Eucharistia sumpta, rursus ascendebant, contenti spiritali nutrimento vsq; ad aliam nonam. De hoc autem vitæ instituto, eiusque differens exercitiis, dicebat (& quod oportet) siquidem fieri posset, monachos quotidie communicare sacramentis: *Qui enim ab eis se procul amouet, Deus quoque procul ab eo recedit. Qui autem hoc facit assidue, assidue suscipit seruatorem.* Est enim vox salutatis, *Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Hoc confert monachis, salutaris passionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam præparare, vt omni ex parte digni sint qui cœlestia suscipiant sacramenta. At idem in vita abbatis Arsisij ad montem Netriæ, scribit fratres ad Ecclesiam sabbato solum & die dominico venisse solitos Et ex octo qui ei Ecclesiæ præerant, presbyteris, primum, quandiu viueret, & alium in eadem nullum, obtulisse. Et eodem tempore D. Chrysostomus testatur eos qui tum in eremo sedebant, seu habitabant, semel in anno participasse, fortassis etiã & post duos annos, fortassis quoque adhuc rariùs, vt in tot monachorum myrmeciis & examinibus, diuinus ille Maris plures potuerit habere sui similes, qui apud Homerum vicũ, qui tum Neus vocabatur, nonagenarius, cum longo tempore desiderasset videre offerri spiritale & mysticum sacrificium, rogauit inuisentem se Theodoretum Cyrensem, Chrysostomi contemporaneum, & huius rei in sanctorum patrum historia testem, vt diuini doni illi fieret oblatio. Hic verò lubenter parès, sacris vasis ex pago non procul inde afferri iussis, pro altari vsus diaconorum manibus, mysticum, diuinũ, & salutare obtulit sacrificiũ. Ille autè omni spiritali implebatur voluptate, existimans cœlum se videre, dicensque se nunquam tantam concepisse lætitiã. Et his ergo eremitis, verèq; demum monachis in sua solitudine, vt non vbique presbytero defuisse nego, sic vbique adfuisse, id verò pernego. Vnde Basilius in epistola ad Cæsariam patritiam, quam Græce extare vir doctissimus Groperus testis est, ne quis in La-

Ioan. 6.

Cap. 7.

*Homil. 17.
ad Hebr.
Monachi
quidam raro commu-
nicantes.*

Cap. 20.

*Manus pro
altari.*

*De Eucha-
ristia lib. 1.
cap. 17,*

tinis quæ extant, eam deesse cauilletur. Omnes, inquit, in
 eremis solitariam vitam agentes, vbi non est sacerdos,
 communionem domi seruantes, à seipsis communicant.
 Addit eundem ex Amphilochio Iconii Episcopo in eius *Cap. 18.*
 vita, quã neq; Latinam vidi, in Italia extare Gesneri in-
 dicat Bibliotheca, precatum Dominũ vt daret ei gratiam
 sapientiam & intellectum sacrificii offerendi, & scriben-
 dæ mysticæ Liturgiæ, viso noctu cū Apostolis Domino, *Visio.*
 propositionem panis in altaris faciente, cūmq; exaudiē-
 te, ac excitante: surgentem ad altare accessisse, celebrasse
 officium, post orationum finem panem exaltasse, cūmq;
 in tres diuisisse partes, quarum vnã cum timore multo *Panis exal-*
 communicauerit, alteram colūbæ aureæ super altare pen- *tatio.*
 denti imposuerit &c. Scripserit hoc Basilius, episcopus ve- *Columbæ*
 an ascetes (nam is episcopatu relicto præ corpusculi de- *Eucharis-*
 bilitate ad eremum reuersus est) non admodũ refert. Et *stica.*
 has enim colūbas, vt ita loquar, Eucharisticas, nihil vetat
 in monasteriis etiã tum fuisse, vt in Ecclesiis. De quibus,
 harũque in Ecclesiis vsu, aliquantò post in V. Synodo
 Constantinopolitano extat hoc testimonium, *Querũtur*
 clerici & monachi Antiocheni contra Seuerũ eius vrbis *Actione 1.*
 non iam pastorẽ, sed lupum, sic inter cætera, Nec sanctis
 ille pepercit altaribus, neq; sacris vasis, ea conflans, & sui
 similibus erogans. Præsumptum est & hoc ab eodem, o
 beatissimi, Nam columbas aureas & argenteas in formam
 Spiritus sancti super diuina lauacra & altaria appesas, vnã
 cum aliis sibi appropriauit &c. Relegit hanc querimoniã
 in VII. Synodo Nicena II. Antonius monachus religio- *Actione 5.*
 sissimus, ita, Ausus etiam fuit aliud Seuerus, sanctissimi,
 aureas & argenteas columbas in figura sancti Spiritus, su-
 pra diuinos fontes suspensas cum aliis (sacris vtiq; va-
 sis) abstulit &c. Hic lauacrorum tantũ, non etiam alta-
 rium mentio, Græca consulant (si modò extant) Græ-
 cè periti. Non desunt hodièque in monasteriis huius-
 modi columbarum instar, scriniola, & quidem in hunc
 quem hîc vestigamus, vsu. Quale vidi in monasterio
 seu prioratu conuentuali Vallis Dei, non procul à Se-
 sania in agro Trecenti, non sine Basiliam testimonii re-
 cordatione. Quod autè de monachis diximus, id fit ve-

CXXIII.
paragraph.
ceterum.
Euchari-
stia ad mo-
niales por-
tata.

rissimilius ex Iustiniani constitutione Nouella, quæ super diuersis Ecclesiæ capitulis inscribitur, & inter cetera de Monialibus sic habet, Mulieribus, quemcunque elegerint ipsæ siue presbyterum, siue diaconum, ut sanctam eis communionem deportet, religiosissimus Episcopus sub quo sunt, quasi ductis sortibus attribuito, quem fidei rectæ, & honestæ esse vitæ cognouerit. Quòd si presbyter aut diaconus non sit qui ab ipsis electus est, quem dignum tali ministerio iudicet Episcopus, ordinatione ei imposita, qua dignus esse videbitur, respondendi munerem pro monasterio attribuito. Sic tamen ut neque qui eo modo ad ea quæ pro mulieribus respondenda sunt, electus est, in monasterio commaneat. Hæc ille. Audis Eucharistiam ut ante ad monachos, sic & ad moniales à presbyteris externis aliunde allatam, suo tempore vescendam, & sic asseruatam, ut conuicere est, præsertim cum is minister exterus esse iubeatur, & cum eis moram facere vetetur. Quamquam alibi de monachis & astetriis, illos quidem in quorum monasterio non fuerit Ecclesia, vult sacri ministerij tempore vnâ cum præfule, primoribus eius ac ætate prouectis, illò accedere, eoque impleto omnes ad cœnobium denuo concedere. Et si mulierum monasterium fuerit, duos viros (si haberi possunt) Eunuchos constitui, qui amplissimo testimonio comprobati, tum alia earum negotia gerant, tum ineffabilem eis communionem, cum eius rei erit opportunitas, distribuunt.

Nov. l. II 3.
Monachi
claustris ad
cõmunionis
exibant.

Eucharistia priuatim & in domo cuique sua ser-
uata & sumpta. Cap. VI.

Euchari-
stia domi
seruata,
sumptaque.



Vit & alia Eucharistiæ non in templis modo aut monasteriis, sed & domi cuique suæ conseruandæ vtendæque ratio, persecutionem vtique tempestas, per quam non liceret Christianis ex more Apostolicæ primitiæque Ecclesiæ ad frangendum communicandumque sanctum panem hunc vnâ conuenire: quamquam & hoc ipsum Apostolorum iam tum tempore, non in Dei tan-

tum domo, sed per domos quoque factum ex eorum con-
 stat historia, & priuatim, eadem, credo, de causa, quod *Art. 2. 20.*
 publicè per persecutores non liceret. Ideoque fuit, cum
 Ecclesiarum præfecti Eucharistiam à se consecratam
 Christi fidelibus, domum qua munditia poterant, por-
 tandam, ibique reuerenter asseruandam, & deuotè aliàs
 sapiùs, aliàs rariùs vescendam traderent ac permitteret.
 Quo fortè spectauit Tertullianus de episcopis, presby-
 teris, & diaconis loquens, Et illi (monogami scilicet)
 planè sic dabunt (digamis utique esse uolentibus) viros *De Mono-*
 & uxores (in matrimonium, quod eis secundò habere *gams.*
 non licet) quomodò buccellas. De illis buccellis, ut con-
 uincere est, loquens, quas domum ferendas ab Ecclesiæ mi-
 nistris populus accipiebat. Et eodem fortè pertinet quod
 alibi scribit, Stationum diebus accepto ad aram Dei cor-
 pore Domini, & reseruato, utrunque saluum est, & parti- *De oratio-*
 cipatio sacrificij, & executio officij. Sed valeant conie- *ne. stationū*
 cturæ, quando & hic locus obscurus est, quod nos eius *dies.*
 moris exactam non habeamus notitiam. At nihil ob-
 scurè hæc de re tertio loco habet, quo uiri gentilis & cõ-
 nubij imparis incommoda Christianæ uxori enumeras,
 Non sciet, inquit, maritus, quid secretò ante omnem ci-
 bum gultes? Et si sciuerit, panem non illum credit esse, *Lib. 2.*
 qui dicitur. Et hæc ignorans quisque, rationem simplici-
 ter sustinebit, sine gemitu, sine suspitione panis an ve-
 neni. Eidem mori attestatur lector huius assiduus D. Cy-
 prianus, inter miracula sui temporis, quæ lapsis inter hæc
 mysterijs obuenerant, & hoc enarrans, Cùm fœmina *Serm. 5.*
 quædam arcam suam, in qua Domini sanctum fuit (tu-
 lerat illud secum ex Ecclesiâ) manibus indignis tentaf-
 set aperire, igne inde surgente deterrita est, ne auderet
 attingere. Idem factum quo supra loco Basilii, & ante
 se, & suo etiamnum tempore, pace à Paganis quidem
 principibus, sed non & ab hæreticis Ecclesiæ data, Perse-
 cutionis, ait, temporibus, necessitate cogi quempiam, sa-
 cerdote aut diacono non præsentem, communionem pro- *Euchari-*
 pria manu sumere, nec difficile est, nec superfluum de- *stia in ne-*
 monstrari, quod longa consuetudine, hoc ipso rerum *cessitate ma-*
 usu confirmatum est, In Alexandria & Ægypto, laico- *nu sumpta.*

rum quisque, seu quisquis de populo est, ut plurimum communionem in domo sua habet. Semel enim sacerdos ut sacrificaret, & distribuere, merito participare, & suscipere credendum. Et in Ecclesia enim is partem dat, & qui petit, cum libertate accipit, & ori manu propria admonet. Idem ergo virtute est, siue partem unam, siue plures quisquam simul accipiat. Vides cum per persecutiones sacri cœtus nec liberi, nec frequentes esse possent, sacris peractis, sacra symbola Christianis perentibus data, domum asportanda, & domi pro sua cuique deuotione seruanda atque vtenda. Vtque semel, & quauis occasione cœpta serius desinunt, nec hunc morem sub principibus non tantum Christianis, sed & Catholicis statim desitum esse, conicere est ex his quæ scripsit Apologia in Iouinianum Hieronymus, ita: Scio Romæ hanc esse consuetudinē, ut fideles semper Christi corpus accipiant: quod nec reprehendo, nec probo. Vnusquisque enim in suo sensu abundat, sed eorum cōscientiam conuenio, qui eodem die post coitum, communicant, & iuxta Persium, *Noctem flumine purgant*, cur ad Martyres ire non audent, nec ingrediuntur Ecclesias? An alius in publico, alius in domo Christus? Quod in Ecclesia non licet, nec domi licet. Ex hoc loco colligit Scholiastes olim domi quæque suæ corpus Christi sumere solitum, qui voluisset. Quod videtur intuere Paulus, cum ait, An domos non habetis ad manducandum? Huius Scholij partem posteriorem, ut nimis erroneam, merito notauit Albertus Pius Carporum princeps. Nihil enim prorsus huc pertinet aut facit hic Pauli locus, quasi Corinthij, & sic iam tum Christiani Eucharistiam in domibus propriis, non autem in Dei ecclesiis, aut sumerent, aut etiam sumere deberent: imò abusum corrigit, quo in Ecclesiæ cœtu Cœnæ mysticæ profanam illi præmitterent atque præsumerent, eò in domibus præparata secum deferentes: unde fieret, ut diuites quidem opimis vescerent, satiarerent, pauperes autem vilibus & insipidis esurirerent. Vult igitur cœnâ Dominicâ in publicis Ecclesiæ Dei conuentibus fieri, toties illud inculcans, Conuenietibus vobis. Et, Cum conuenitis, &c. Hactenus rectè Carpebis, minus rectè, quod &

Epist. 50.

Quod ad te.

Rom. 14.

Satyr. 2.

Erasm.

1. Cor. 11.

Lib. 7. 2.

Corinthiorum abusus.

Communiō publica & domestica.

priorem Scholij partem reprehendit, quasi profus falsam, quodque sic oportuisset vel vnumquenque domi proprium habuisse sacerdotem (nec enim Christianos omnes sic esse sacerdotes, vt conficiendæ Eucharistiæ ius aut facultatem habeant) vel à parochis ad priuatas id sacramentum petentis cuiusque ædes transmitti solere. Idque nunc etiamnum fit, cum res vrget. Quod vt iam tum promiscuè factum improbable est, ita persecutionis in casu solitum, ex hoc Hieronymi & aliis aliorum locis superioribus multum probabile, vt omnia tuta Carpus hinc timeat, audens alioqui oculatusque vir. Obiurgat igitur Romanos eò loci Hieronymus, quòd ob rem vxoriam immundos se rati, qui vel martyrum adirent basilicas, nulla rei tamè eiusdem habita ratione, domi etiam communicare non reformidarent: satis ita testatum faciens, suis adhuc, vt antè Tertulliani, Cypriani, & Basilij temporibus, Christi fideles Eucharistiam communionis gratia, persecutorum presertim metu, & asseruisse, & asseruatam alios sapiùs, alios rariùs sumpsisse. Quæ domum ex Ecclesia deportatio, domique asseruatio, communicatioque, cum periculatorum plena, & multis offendiculis, abusus, & scandalis esset obnoxia, cessante infidelium persecutione, vt causa, cessauit, vt eius effectus, sublata & abrogata eodem, hoc est, Honorij & Arcadij Imp. papæ autem Siricij, aut Anastasij tempore. In Cõcilio Toletano I. & sacrilegij damnatum Eucharistiam à sacerdote acceptam non sumere. Idem quoque instauratum & elucidatum multò post in Tolerano XI. Rege in Hispaniis Vambano, alias Bamba, circa papæ Vitaliani tempora. Vtrunque canonem supra in ægris citatum, nihil hinc opus est recitare. Hæc super Eucharistia, vt sic loquar, domestica.

*Proper. lib.
2. c. 19. et 27*

Euchar. domi asseruatio sublata.

Eucharistia à peregrè profecturis terra marique delata, adeoque mortuis data, atque consepulta.

CAP. VII.

F iiij

*Eucharistiã
peregre pro-
fecturi secũ
ferebant.*

*Beda Ado
Isuard.
XVIII.
Cal. Septẽb.*



*Lib. 2. c. 15.
Et li. 4. c. 30*

*Eucharistiã
navigaturi
secum por-
tabant.*

Vit & sua cuique de hoc sacramento fides atque deuotio, eius plus etiam priuatim alleruandi occasio, vt suscepturi aliquod iter longius presertim, hoc se velut com-
meatu præmunirent, tanta eius tum vilitatis, tum necessitatis persuasio, tamque altè Christi fidelium animis hæserat. Sic legimus in martyrologiis fide dignis, Romæ via Appia in Cœmiterio Calixti natale, sancti Tharsitij acoluthi & martyris, quem sacramenta corporis Domini deferentem pagam cum reperissent, cœperunt disquirere quid gereret. Is indignum ratus margaritas porcis, hoc est, discussoribus prodere, ab eis tandiu fustibus & lapidibus mactatus est, donec spiritum exhalauit: vt euoluto eius corpore, sacrilegi nihil sacramentorum Domini in eius manibus aut vestibus inuenientes, eo relicto fugerunt cum terrore. Exemplum hoc magis obseruandum, quo plus vetustum, quod is passus sit octaua persecutione sub Valeriano & Galieno Imp. Sic sub Numeriano Imp. ferunt Hilariam à paganis tractam fixisse gradum, & rogasse, suam sese ipsi orationem complere permitterent, accepto eam Domini sacramento, manibus expansis in orationem se demisisse, & inter orandum spiritum reddidisse. Quo eius historiæ autor, sed nemine præter morem alioqui suum, laudato teste, D. Groperus, eam coniecit, Eucharistiam pro temporum more penes se asseruatam habuisse. Sititur penes eum huius facti fides, cum de duabus eius nominis virginibus & martyribus, in martyrologiis & catalogo 55. tale nihil occurrerit. Mirum id solitos facere terra præfecturos, nisi & navigaturi eodem se velut nautico armamento cõmunire tum solerët. Tam enim non vnum, quod sequitur, Satyrum D. Ambrosij fratrem in mari fecisse, quam non solos Tharsitium & Hilariam in terra verisimile est. De fratris autem sui obitu sic inter alia, viri sanctiss. habet oratio, Quid eius obseruatiam erga Dei cultum prædicem, qui nondum perfectioribus initiatus mysteriis, in naufragio constitutus, cum, qua vehebatur, naus scopuloso illisa vado, vrgentibus hinc inde fluctibus solueretur, non mortem metuens, sed ne

vacuus mysterij è vita exiret, ab initiatis diuinum illud fidelium poposcit sacramentum, nec vt curiosos oculos arcanis insereret, sed vt fidei suæ consequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita se deiecit in mare, non requirens de nauis compage resolutam tabulam, cui supernatam tueretur, quia fidei solius arma quæsierat. Quibus se reatum munitumque satis credens, alia non desiderauit auxilia. Simul fortitudinem eius spectare licet, qui fatiscente remigio non quasi naufragas tabulam sumpsit, sed quasi fortis ex seipso suæ adminiculum virtutis assumpserit. Nec deseruit spes, nec sefellit opinio. Primus seruatus ex undis, & in portum terrenæ stationis euectus, præfulem suum, cui se crediderat, recognouit, statimque ubi seruulos suos vel liberauit, vel liberatos comperit, negligens facultatam, nec amissa desiderans, Dei requisit Ecclesiam, vt ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognosceret &c. Audis hominis, fidelis quidem, sed nondum vel (vt Groperus sentit) baptisati, vel sacris certè ordinibus, quæ perfectiora mysteria fortè vocat Ambrosius. Initiati. De Eucharistia etiam extra usum, & asseruata tantum, gestatâque, non etiam manducata, fidem: eam fidelium sacramentum, armaturam, auxilium vocitantis, utique propter Iesum Deum Dominumque nostrum in ea semel consecrata præsentem. Ac proinde asseruata tantum, & spiritu terens, non & sacramento sumpta, cultum audis, siue adorationem. Et fides enim est summum Venerationis opus, vel testibus hodie Nouatoribus, & eorum fraterculis, aut etiam paterculis, in sua responsione Valdenses, de quibus nobis in huius operis secunda parte multa dicenda. Et fidem in eam audis non fallere, sed præsens esse in naufragio remedium. Quæ moderni contra isti omnia extra usum putant, Pololatica, papistica &c. Hoc exemplum eo plus notandum, quo minus est hodie receptum, vt in loco fluctuati, siue mari, siue fluminibus celebrare alicui liceat. Pro nauigantium tamen deuotione, in loco nauis Ecclesiola nuncupato, missa dici solet, quam Nauticam atque Siccam vocant, vt quam absque consecratione recitet sa-

*Orarium.**Fides cultus summus.**Valdenses.**Missanautica et sicca*

Part. 1. tra cerdos. Quo autem ordine, in Sacerdotali Romano le-
Etatu. 4. c. 35 gere est. Nec tamen defuit qui Satyri sequeretur exem-
 plum, ne id solum fuisse putemus, aut solitarium. Post
 Ambrosium annis plus minus ducentis, Gregorius ma-
 gnus testatur Maximianum post Syracusanum episco-
 pum, tunc monasterij sui patrem, Romani cum fratribus
 Constantinopoli redeuntem, in Adriatico mari naufra-
 gium propè facturum fuisse, sic ut in eadem naui residen-
 tes, non iam ex morte vicina, sed ex ipsa eius præsentia
 & visione turbati omnes, sibimet pacem dederint, & cor-
 pus atque sanguinem redemptoris acceperint. Et hoc
 quoque plus notandum, Eucharistiam mari vectam, ser-
 uatamque, & quidem sub vtraque specie, nec enim in té-
 pestate, quantam ibi describit in Dialogis, licuit, opinor,
Lib. 3. c. 37. Missarum, ut loquitur, celebrare solemnia. Sed & hæc
 priuata Eucharistiæ asseruatio, & ut ita dicam, persona-
 lis, iisdem quibus supra, causis domestica, desita est multis
 nimirum offendiculis obnoxia, ut & quæ sequitur, ut ma-
 gis adhuc mira, sic non minus, cultus, quo de hinc agimus,
 & deuotionis in hoc sacramentum, testis expressa. Fuit
Eucharistia enim tunc Eucharistia non in vsum modò viuentium af-
mortuis da- seruata, sed & mortuis quoque data, adeoque consepul-
ta et conse- ta. Sic enim Basiliū, autor est in eius vita Amphilo-
pulta. eius consecratæ parte reuerenter sumpta, partem alteram
 secum sepeliendam seruasse, postremò sub vitæ finem,
 dispositam sibi consepelire sumpsisse tertiam, quæ à Do-
 mino data ei fuerat, communionis, & recumbentem in
Lib. 2. c. 18 lecto gratias egisse, &c. Sed huius quoque fragmenti sit
 penes D. Groperum fides, nihil enim immutauit. Et Am-
 philochius hic non est adhuc, quod quidem sciam, cisal-
 pinus, aut latinus. Quod autem sequitur, testimonium
Dialog. 1. habet Gregorij magni, Puerulus quidam S. Benedicti, si-
cap. 24. ne huius benedictione, ad parentum, eorum, quam debe-
 bat, amantior, habitaculum monasterio relicto, perue-
 niens, eadem die defunctus est, bis sepulto, toties foras
 corpore proiecto, currentibus cum fletu monachis, vitæ
 Dei manu sua communionem corporis Dominici de-
 dit, dicens, Ite, & hoc Domini corpus super pectus eius
 (cum magna reuerentia) ponite, & sic sepulturæ cum tra-

dite. Quo facto susceptum eius corpus terra tenuit, nec
 vtrò proiecit. Vtrunque facinus indubiè extraordinariū,
 & præter tum Christi institutum, tum Ecclesiæ canones.
 Cùm enim non defuissent qui mortuis & baptismum &
 Eucharistiã darent, de vtriusque fortassis necessitate om-
 nimodis ad salutem, vt ita loquar, necessaria persuasi ex
 his obligationibus, quas nos sub nisi vocamus, nisi quis
 renatus fuerit ex aqua, &c. Et, nisi quis manducauerit car-
 nem meam, &c. Concilium Carthaginense III. de vtro-
 que ita canit can. 6. Placuit vt corporibus defunctorum
 Eucharistia non detur, Dictum enim est à Domino, *Eucharistia*
mortuis da-
re vetita.
 edere. Cauendum est etiam ne mortuos baptisari posse
 fratrum credat infirmitas, quibus nec Eucharistiam dari
 licitum est, vel, Cùm Eucharistiam mortuis non dari ani-
 maduerterit, fuit autem hæc Synodus Basilio posterior
 vel æquæua, Gregorio I. prior, vitæ Benedictinæ scri-
 ptore, vt Antisiodorensis, cuius canon 12. superius de
 Eucharistia mortuis tradenda interdum instaurauit. Et
 totidem verbis sextæ vniuersalis in Trullo celebratæ ca-
 non 83.

*Ioan. 3. 6.**Eucharistia*
mortuis da-
*re vetita.**Mat. 26.**Mar. 14.**1. Cor. 11.*

Eucharistia festum, processio, ostensio, cultus &
circumlatio. Cap. VIII.



Venio ad celebrem illam pompam, & ex *Eucharistia*
 anima interim frequentiore, ex vicali *festum pro-*
 quandoque annalem Eucharistiæ proces- *cessio, circū-*
 sionem, atque ostentationem. Christi, aut *latio.*
 etiam Dei festum Christianus, latinus
 presertim, clerus populusque vocat, celebrat, obseruat.
 Cuius equidem autorem, diu, iunior presertim, & an-
 tequam ius pontificium attigissem, putauī Urbanum *Cle. Si domi*
 papam eius nominis quartum, qui ante annos plus tre- *nū de reliq.*
 centes, hoc est, anno Domini circiter 1261. festum *st venerat.*
 sacramenti huius instituit, feria quinta post octauas *55.*
 Pentecostes, constitutione, non ita pōst, hoc est, anno
 Domini circiter 1303. in Concilio Viennensi, sub Cle-
 mente V. recepta, publicata, confirmata. Eo, inquam, ex

tempore in eodem festo Eucharistiam solenni pompa & reuerentia Christianis exhiberi, monstrari, circumferri- que ceptam, & continuatam die ratus sum. Et quem enim diuinassem, cum alter non occurreret? Nam & Guillelmus Durates, qui eodem seculo, annis paulò plus x x. hoc est, anno D. 1286. se scripsisse testatur Rationale diuinorum officiorum, inter tot processiones solennes annuas, huius non meminit, & Catalogi Sanctorum author temporibus illis, ut apparet, vicinus. Scribit enim festum id nuper institutum, Anno Domini 1262. Urbani III. pontificatus anno I. Et recentiores. Tritermus in Volpoldo Monasterij Hirfangiensis abbate 25. Polydorus de uentoribus rerum, eumque secuti, H. Pantaleo, G. Genebrardus in Chronographiis, festi meminerunt, nulla processions mentione. Et in Chronicorum Epitome Achil-
Lib. 4. ca. 6 **parag. 70.** **Lib. 5. c. 45.** **Lib. 6. ca. 8** lis Gassarus, & liber gallicus, cui titulus. *Les fleurs des temps passez.* Primus, quem equidem meminerim. Iac. Philippus Bergomas in supplemento Chronicorum, eumque sequens Hartimanus Schedel, in voluminoso illo regiltro Chronicorum Naremburgæ impresso, anno 1491. acceptam ferunt Urbano illi hanc Dominici corporis solennitatem, cum processionibus & octauis à cunctis Christi fidelibus celebrari iussam. Cuperem, quia recentiores sunt, contemporanei enim florebant non ita nuper sub Maximiliano I. Imp. Anno 1494. autorem præter se alium, siquidem secuti sunt, indicassent. Urbani certè institutio lecta dignissima est, & pia de huius sacramenti, rerumque in eo præsentium veritate, exhibitione, cultu, vsuque concio. Exclamat inter cætera, quod ad rem nostram pertinet, ita, O excellentissimum sacramentum, ô adorandum, venerandum, colendum, glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconiis exaltandum, cunctis honorandum studiis, deuotis prosequendum obsequiis, & sinceris mentibus retinendum? Pastores hortatur, & mouet vniuersos, eisque præcipit, ut id festum & solenniter ipsi celebrent, & studiosè per vniuersas dioceseon suarum Ecclesias faciant, subditos quoque suos salutariter Dominica præcedente præmouentes, ut vera puraque confessione, eleemosynarum largitione, attentis &

fedulis orationibus, aliisque deuotionis & pietatis operi-
 bus ita se studeant præparare, vt preciosissimi sacramenti
 mereantur ea esse die participes, idque reuerenter susci-
 pere possint, ac eius virtute augmentum consequi gratia-
 rum. Hæc vbi, nulla processionis omnino mentione, nec
 magis eius, in officio festi per Thomam Aquinarem, eod-
 em Urbano mandate, composito, processionis vel voca-
 bulum, in quam, à quo, vbi, quando, mutata fuerit com-
 munitio. Res vtrique tantò plus de mente tum Christi, sa-
 cramentum, tum Urbani, festum instituentis, non satis li-
 quet, nisi quòd historia Mediolanensis sic habet, *xxix.* *Donat.*
 Maij die Iouis, anno Domini 1404. Corpus Christi so- *Bosius.*
 lenniter, vt postea factitarum est, pro Papiam urbem cir-
 cunferri cœptum fuisse, Decem plus minus annis ante
 Concilium Constantiense. In quò creatus pontifex Mar- *Nauclet.*
 tinus V. indulgentias ad Urbano pro festo datas duplicas *in genera-*
 alias etiam addidit eius festi vigiliam ieiunantibus, & in *tione 45.*
 festo communicantibus, & sequentibus eodem die sacra-
 mentum, & quando ad infirmum defertur. Quas rursus
 Eugenius III. post duplicauit. Quo loci quod ait hi-
 storicus, *Sequentibus*, processionem, opinor, intelligit. Et
 hinc rursus audes communionem, sed præcedente ieiunio.
 Quo vti nam, velut anteambulone, vt confessione, e-
 leemosynis, preculis, reliquisque piis operibus comitatam
 seruassimus, tam, vt ita dicam, mordicus communionem
 quam processionem retinuissemus. Ita certè festum hoc
 bona sanè occasione indictum, & maiore nostro fructu
 retentari, & aduersariis retinendum facilius persuasuri. *Acta Sy-*
 Nam horum minimè mali, qui Adiaphoristæ dicuntur, *nodica To-*
 quorum princeps Melancthon, immoderatorum, vt sic *ren. 17*
 dicam, moderatissimus, cum ex Carolino Interim vrge- *Lipsen con-*
 rentur inter festos dies ab Ecclesia receptos, eosque præ- *tra Flacia-*
 cipuos, & hunc quoque retinere, circungestatione quidè *nes an.*
 sacramenti non admittit, principibus Catholicis offerere *1548. post*
 bant, vt festo corporis Christi de Eucharistiæ usu cõcio- *Vite Berge*
 nes haberentur, & fieret communicatio Processiones im *impressa.*
 pedimenta esse aliarum necessariorum operarum, & in *Anno.*
 eis cum alia multa turpia perpetrata, tum formafas etiam *1559.*
 sceminas à quibusdam dominis potentibus raptas & ab-

*Matt. 13.**Apul. lib. 11.**2. Reg. 6.**1. Cor. 11.*

ductas, &c. Ego verò Melanchthoniã de festi hîc vsu, & & nō de abusu loquor. Et raptus huiusmodi nullæ, quod equidem sciam, in Gallia vnquã nostra, per Dei gratiam audiimus, & vt vel hic, vel alibi hæc committeretur, vtque festo huic ab initio moderatius celebrato, euenerit, quod in omnibus ferè ceremoniis solet, vt in aliquã tandem exeant corruptelam, vt non omnia, ne dicam nihil satis dignum in hoc apud nos festo agatur: si tamen volumus abusionem prætextu & hanc & alias processiones tollere, nōne cū lolio, contra Domini mandatū, triticum eradicamus? Nō probo tunc mulierculas minus matronali cultu incedere, minus sicubi sacerdotes amasiorum more, sese vel ornatu vel cātu amatriculis potius quàm Deo insinuent, non si vel Dææ magis Syriæ gerulos, aut etiam asinos (quod aiunt) mysteria portantes, quàm David arcã Domini cum pompa deportantem repræsented. Breuiter, doleo festū hoc non sic agi vt est institutū. Sed quem nouatores isti tantopere vsū vrgent, quid impedit, nisi sua vnunquẽque in deuotio, nec iã tepiditas, sed mera glacies? Et sacramētum enim tunc proponitur, nō spectandū modò, verum etiam vscendū, sed prius, vt habet Paulus, probatis, id est, vt intendebat Vrbanus, cū aliorū bonorū operum, tū confessionis, eleemosynæ, precū, vt Martinus, ieiunij etiã, quadam velut parasceue dispositis. Et cōmunicãdi ergo tum toto penè anno, tū hoc etiã festo desuetudinẽ in se quisque reiiciat, in alterū nemo, in pontifices Romanos (quod vtique propemodū nouatores isti solēt) omnium minimè, vt de quorū mēte, si non præcipiẽdo, vt aiūt, mandantiū, optãtū certè, monentiū, & exhortantium, fuisse videatur sacra eo die communio. Sed siue Romæ eū, siue Papiæ post episcopus Eucharistiæ hoc stato die processione simul ac gestationis autor fuerit, quã tanta cōsensione, tã solēni lætitia, ac læta solēnitate prosecuta est Latina Ecclesia (nã de Græca nihil mihi cōstat) vt aliarū (de quib⁹ hîc nihil) processionū vsus est verulitissimus, ita Eucharistiæ aliàs circumferendę, non tam fortè tenet nullū eius esse vsū, præter vsū siue esum, ex eisdem in tam multis articulis, asseruatione, & extra vsū

actualem cultu, falsum & antè constitit, & pòst etiamnũ *Eod. supr. è*
 constiterit. Diximus antea ex Gregorio Turonensi, hoc *cap. 4.*
 est, annis ante Vrbanum IIII. plus 650. (fuit enim Gre-
 gorio I. contemporanens, paulò ante animum Domini *Eritem.*
 600. Ex eo, inquam, diximus morem alicubi Gallia pre-
 fertim nostræ fuisse, vt sacris, festo maximè die, per Epi-
 scopum absolutes, sacramentum ex primario templo in
 Ciborio ad Episcopium deferretur, illic in Oratorio An-
 tistitis asseruandum, donec inde ad publica Missarum so-
 lennia festo alio, celebranda referretur, & reuerèter qui-
 dem ferretur ac referretur. Eundem fuisse in Hispania
 morem conicere est ex eius, quæ inde obrepserat abu-
 sionis correctione in Bracarenfi Synodo III. Cuius can-
 non V. sic habet. Bona quidem res est Diuina sacerdoti-
 bus contrectare mysteria: Sed cauendum, ne hoc ad suæ
 quisque prauitatis vsu detorqueat, vnde soli Deo de
 bona conscientia placere debuerat. Vt enim detestanda
 quorundam Episcoporum præsumptio nostro se cætui in-
 tulit dirimenda, quosdam ex iis agnouimus in solennita-
 tibus martyrum ad Ecclesiã progressuros, reliquias collo-
 suo imponere, vt maioris apud homines fastus gloria in-
 tumescant, & quasi sint ipsi reliquiarũ arca, Leuitæ albas
 induiti, in sellulis eos deportant. Quæ detestãda præsum-
 ptio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie
 simulata, vanitas sola preualeat, si modũ cuiusque ordinis
 suũ reuerentia nõ agnoscat. Et ideo antiqua hæc in parte *Reliquiarũ*
 solennisque cõsuetudo seruabitur, vt in festis quibusque *Arca.*
 diebus arcã Domini cũ reliquiis, nõ Episcopi, sed Leuitæ
 in humeris gestet, quibus & in veteri lege onus idẽ impo- *Leuita dia-*
 sitũ nouimus esse præceptũ Quòd si Episc. reliquias per *con.*
 se deportare elegerit, nõ à Diaconis ipse vehatur in sella *Numer. 4.*
 ta, sed eo potius vnã cũ populo pedestri progressione ad *1. par. 15.*
 cõuenticula sanctarũ Ecclesiarũ procedere, sancta Dei re-
 liquiæ per eundẽ Episcopũ portabũtur. Iã verò qui hac in-
 stituta sciẽdo adimplere distulerit, quãdiu in officio fuerit
 à sacrificãdo cessabit. Hæc in Lusitania Synodus circa Vi-
 taliani papæ tẽpora, annis post Christũ circiter 654. & ita
 ante Vrbanũ plus 600. Et antiquã tamẽ solennemq; cõsue-
 tudinẽ allegat ac instaurat, nec nouã cudit, sed deprauatã

recudit, nec de circumferendis martyrum, sed Eucharistiæ reliquiis. Præfatur enim de diuinis mysteriis, quo nomine quàm multi patres Eucharistiæ sacramentum passim intelligunt, tam nulli, quod quidem meminerim, martyrum reliquias significauerunt. Quæ post mysteria nominat arcam Domini, non sanctorum: adeoque Dei, non sanctorum, reliquias. Prohibet ergo canon hic Episcopos ad Ecclesiam procedentes in martyrum festiuitatibus, & Eucharistiam portantes, ab albatis, vt habet Rubrica, diaconibus vectari. Qui canonis huius de sacramento sensus fit hoc adhuc apertior, quòd veteri veteris arcæ nomine vritur: Siquidem hîc lector memineris, Arcam illam, ad cuius, vt scabelli Dominici, adorationem, & coram qua incuruari prosternique David Israël inuitabat, Eucharistiam in idem Dominicam, eiusque quo de hîc cultu tractamus, repræsentauisse, interpretibus non modò priscis antè allegatis, sed & recentioribus Catholicis, Quorum vnus de hoc toto cultu adhuc intellectum hîc afferre minimè grauabor, Cum adorari iubebatur sancta Dei, & specialiter ab eo sanctificata olim Arca, nõ debebat intelligi propriè dicta, quæque non nisi Deo, vt potenti, primo, supremo Domino attribui debet, adoratio, sed impropriè accipienda, pro specialis honoris & reuerentiæ exhibitione, quo sensu frequenter in sacris literis inuenitur. Sed & quidam, Adorate scabellum, accipiunt loco huius, adorate ad, vel ante, vel coram scabello eius, vt intelligatur adoratio propriè dicta, non Arcæ, sed ipsius super Arcam sedentis Domini. Quo nos Christiani modo & sensu Deum sub admirabili sacramento latentem adoramus, & vel ad, vel ante, vel versus locum in quo sanctissima Dei mytheria conseruantur, adorationis reuerentiam exhibemus, non ipsum quidem locum, seu ligna, lapides (meralla) claustra (templa) sed ipsum, quem eò locorum pro altissima sua bonitate (præsentem esse, eiusque sacramenta) credimus asseruari. Sic ille quidem de locis sacris, ac etiam ciboriis, & huiusmodi rerum sacrarum tabernaculis. At sacram Eucharistiam ratione rerum in ea præsentium, sine quas & habet & exhibet, rerum indubiè diuinarum, corporis vtique & sanguinis d
Filio

Psal. 98.

Arcatypus Eucharistiæ.

Iam senius Titelman?

Adoratio propriè & impropriè dicta.

Loca sancta &c. vt adorare dicantur.

Filio Dei vero Deo sic assumptorum, ut sint facta ipsius Verbi diuini, verique Dei propria, adoratione utique propria seu patriæ cultu adoramus. Quod & haud dubiè sensit hic scriptor, ut qui sic alibi de Sacra Eucharistia Christum alloquatur, In quoquidè sacramento sub visibilibus panis & vini speciebus tu nobis præbes temetipsum totum, verum hominè, & verum Deum, carnem tuam eandem quâ in cruce pro nobis obtulisti Patri, simul & eundem sanguinem, quem de cruce pro nobis in precium recõciliationis ante Patrem effudisti, &c. Ut ergo ad canonem redeam, constat & ex hoc ante annos plus mille Eucharistiam in Ecclesiis solitam circumferri, Reuocat enim Episcoporum eius gerulorum abusum ad antiquum morem, ut pedites scilicet ij procederent cum hac sacrosancta reliquiarum, ut ita loquar, Reliquia. Vnde & Sacerdotalis Romani compilator, de ritu processionum faciendarum aduertendum monet, in festo Corporis Christi nullam aliam reliquam esse portandam, sed solum corpus Christi sacrificium. Et antiquitus, eandem circumferri sæpius solitam, quam post Urbanum, festis nimirum, vel festiuissimis potius diebus, cum Urbani, si eum modò autorem habet, processio sit tantum annua. Et D. Groperus, qui huius mihi canonis, ut non ingratus fatear, discutiendi occasione suggestit, non dubitauit inter abusus (saluo tamè semper meliore iudicio) reponere, quòd hoc venerandum sacramentum in processionibus nimis crebrò circumfertur, populoque præter quotidianam in Missæ officio elevationè, nimio plus, & plerumque palam spectandum exhibetur, nulla nec confessione, nec pœnitentia præcedente, tantum abest ut Eucharistiæ plerumque sequatur perceptio, nec eo quidem festo, si non contra, certè præter mentè & intentionem Urbani, qui ad confirmandam fidem, & spem & nostram erga tum Deum tum proximū charitatem deuotiouemque, ut habet eius institutio, magis atque magis excitandam, proposuerat Eucharistiam eo die Christi fidelibus, non spectandam, modò, sed & percipiendam. Citat idem contra hanc sacramenti ostentandi tantum, nec percipiendi, nimietatè, constitutionem Nicolai Cusani Cardinalis, viri etiam aduersariorum iudicio erudi-

Summa mysteriorū Fidei. con-templatione. 31.

Part. 3. Tracta. 1. ca. 4.

Lib. 2. cap. 28.

Lib. 3. cap. 30.

Cusani cõ-stitutio.

tissimi, idum Nicolii V. Coloniae Legatum ageret, in Synodo prouinciali editam, hanc, Ad maiorem honorem sanctissimi sacramenti statuimus, quod deinceps visibiliter in quibusque Monstrantiis non ponatur, aut deferatur, nisi in sanctissimo festo corporis Christi, cum suis Octauis, & extra huiusmodi festa cum suis Octauis, semel in anno in qualibet ciuitate, aut oppido, seu parochia, vel ex singulari indulto Ordinarij, aut alias pro pace, vel alia necessitate imminente, ex indispositione Rempublicam praeuante, & tunc cum summa reuerentia ac deuotione. Extat haec constitutio in statutis Ecclesiae Coloniae, ibidem editis anno mil. cing. cens. cinquante quatre. Alioqui in operibus Cusani mihi non occurrit. Inter Erasmi super hoc offendicula, huc studio distulimus quae in eo vel notarunt vel desiderarunt Theologi. Quo enim supra loco suggilat (simodo suggillat) pios videri sibi, qui vndique accurrit si quando sacerdos finit videri corpus Domini, & caetera. Catharinus Politus, quo etiam ibidem loco, sic accepit, quasi vituperari, qui accurrerent ad corporis Christi, cum circumferatur, adorationem, sic non considerans simul vituperari & Zachaeum, qui praetereunte Domino nec se humi prostrat nec adorat à longè, sed praecurrit vt videat, & sycorum ascendit, vt praetereuntem contempletur. Et sanguifluam (vbi malè semini fluam) quae festinat vt tangat, & accedens, vel fimbriam vestimenti tetigisse satis habet vt sanetur. Imò satis hinc habet Politus vt loquatur nisi fortè non vel Zachaeus ex arbore, & sic à longè, vel haemorrhoussa contingens, & sic propior adorauit. Sed quia neuter prostratus aut pronus, quid hoc ad Desiderium quasi verò vel à supinis aut sedentibus, vt & à geniculantibus, cultum hunc praestari posse negaturus esset? Sed maioris est momenti quod Erasmus ibi ait Christum in hoc sacramento esse, vt sumatur, non vt ostentetur, aut in ludis publicisque pompis circumferatur, aut in equo circum atua vehatur, id nequaquam esse veteris exempli, sed in hoc multitudinis affectui plus satis indultum: hoc vt falsum & seditiosè dictum cum proprio infra loco confutaturum se promississet Antagonista,

Luc. 19.

Zachaeus

Matt. 9.

Marc. 5.

Luc. 8.

Sanguiflua

minus quam pro hiatu tanto post præstitit. Nam ubi eodem libro cauillatur morem Ecclesiæ vetustum crucis & vexilla, Dinerum statuas, & sanctum etiam sacramentum per ciuitates & oppida & campos circumferendi, ab Erasmo improbatum esse in libro de modo Orandi, ad quem in margine remittitur, de Eucharistia, circumferenda necne sit, omnino nihil habetur. Huius autem cum aliis circumferendæ, argumentum à scripturis inde capit, quod olim Hebræi arcam Domini circumferrent, quæ terror hostibus incuteretur, unde aiebant, Venit Deus in castra. Et. *Quis* nos saluabit de manu Deorum infidelium? Quod ergo in Arca tum faciebant, futuri figuram fuisse, eius videlicet, quod in arca vera, quæ Christus est, faciendum erat: Sicut quod & ante arcam cum omnis Israël, tum Dauid iudebat musicis omne genus, spectante Michol & deridente, sed huius ergo sterilitatis affecta opprobrio, hinc significari hos Eucharistiæ, veræ Christi Dei nostri arcae irrisores steriles fore, nec vllum de suo fructum allaturos. Addit malignos dæmones huius aëris caliginosi incolas, cum circumfertur sacramentum, & cætera miris terri modis, cruciari, fugari, ac ne noceant aëri, arnis, hominibus, propter hunc quem Christo exhibemus, honorem, vi diuina mirifice prohiberi, ac proinde quæ ipsi vehementer nolent, ea in suorum mentem iniicere, & vt aliis suadeant impellere. Rectè hæc Politus, si hæc locis solidioribus expoliisset, præsertim quod cum homine res illi esset, qui contra sua probatum iri vellet, quod improbaretur, Nam de hoc, quod dæmonibus terrificum sit, sacramento nos antè diximus. *Quid* ergo contra hoc Erasmicum alter hinc Erasmi antagonista Latomus? Erasmo, ait, displicet quod Eucharistia circumferatur in publicis supplicationibus, & fortasse ad maiore reuerentiâ præstaret rarius circumferri, sed quin hoc rectè fiat die solèni sacramenti, dubitandū non est, quoniam frequenter per vniuersā Ecclesiam. Nec obstat quod videtur res esse noua, aliquot iā licet seculis obseruata. Nam cum ad

1. Reg. 5.

6.7.

*Arca Eucharistia
typus.*

2. Reg. 6.

*Micholita
Eucharistia
Miseres.**Eucharistia
cap. 9.
circumferens
de.*

excitandam populi deuotionem, Sanctorum reliquias publicè portari moris sit peruetusti, non rectè culpatur quisquis fidem deuotionemque erga hoc dignissimum sacramentum suam hoc pacto declarat. Et olim enim Iudæi arcam testamenti summo habebant in honore, & propter tum Dei præsentiam, tum etiam auxilium, nonnunquam etiam in castra ferebant. Sed Christus (aiunt aduersarij) in hoc sacramento cibus est, vt sumatur, non vt ostentatur & circumferatur: Sit ita. Nihilo tamè minus adorandus est ab his qui eum ibidem esse credunt. Nam vt non venit ministrari, sed ministrare, ex Patris tamen voluntate adorandus erat, non ab hominibus modò, sed & ab Angelis. Nec verò sunt audiendi, qui circa Dei & sacramentorum cultum omnia reduci volunt ad vetustum morem. Non enim semper melius quod vetustius, cum fere rudiora sint vetustiora. Id quod Ambrosius testatur de regimine politico Ecclesiastico, minus conuenire quædam in principio tradita. Vnde & circa Eucharistiam cautio & reuerentia tempore aucta est, & castigata. Olim alicubi dabatur in manus sumentium, alicubi etiam infantibus, peregrinantes alibi & nauigantes secum ferebant, Romæ quidam etiam laici domi & quotidie sumebant: Hæc & similia tempore correcta sunt. Hæc ille. Et Catholici ergo hanc circumlationem non admodum nuperam agnoscunt, & rarius vsurpandam suadent ac consulunt, ne frequentia, credo, vilescat. De processione autem in Eucharistia paulò ante Pascha in sepulchrum ad representandam eo tempore Domini sepulturam inferenda, diximus in asseruatione præsanctificari eo tempore solitorum. Porrò cuius instituto Sanctissimi didicerint, vel quo tempore cœperint, in pontificalibus seu solenni pompa de loco ad locum equitantes, equo albo, phalerato, pulchro, & mansucto, cum tintinabulo ad collum bene sonante, capsulam cum sacratissimo Christi corpore, dum Romæ vel alibi moram trahunt, circumuehere, nobilibus baldachinum supra portantibus, & clericis funalia condecens ferentibus, equidem non inuenio. Gregorium magnum R. P. incertus eius vitæ author prodidit, in processione ex

Arca testamenti.

*Matt. 20.
Marc. 12.*

*Vetustiora
interim rudiora,
non
semper meliora.*

*Ad Eph. 4.
Eucharistia
cuius
varij.*

*Processio ad
sepulchrũ.*

*Ceremonia
le Rom.*

Lib. 1. Sect.

22. cap. 1.

Eucharistia

equus,

sine eque

reſta.

more, vt ait, equitatem solum pontificali dignitate, precedente ac subsequente Ecclesiasticorum virorum cun-
 neo, sed nullo Eucharistiæ comitatu vel ducatu. Sicut & Grego. I. *egnes in processione.*
 vbi G. Durandus ait malam capellæ Papalis baiulam fer- *Rationale diuino officior. lib. 4. cap. 41. par. 22. Squilla.*
 re squillam, ob reuerentiam reliquiarum, quas portat, sed nulla item Eucharistiæ mentione. Cuperem huiusmodi Ceremonialtas suos citare autores: Sed fortè mecum vestigarunt tantum, non etiam inuestigauerunt. Et huius quidem processio-
 nis eo festo faciendæ ritum habes in Sacerdotali Romano, vbi paulò supra. Si quis nouerit ex autoribus fide dignis, ritus huius vel originem vel exemplum altius repetere, equidem non inuidere, discam magis atque sequar.

Eucharistiæ Reliquiæ asseruari interim vetitæ, interim permissæ, & de Missis domesticis, atque castrensibus. CAP. IX.

DICENDVM autem est & de Eucharistiæ reliquiis, non occasione canonis, tantum superioris, Dei eas reliquias vocantis, sed quidem multò magis, quòd contra tam multiplicem sacramenti eius asseruationem, non deest, quod opponatur, eius asseruandi interdictum. Quod priusquam proponitur, quid aliud responderi potest, quàm diuersum ea in re fuisse, Ecclesiarum temporumque ritum? Fuisse enim cum & vbi asseruaretur, negari nequit, sed peræquè negari non potest & alicubi & aliquando seruari veritas, idque cõiicias ex vno eodemque Clementis I. canone, quem ait à Petro Apostolo accepisse Tribus, ait, gradibus commissa sunt diuinorum secretorum sacramenta, presbytero, diacono, & ministro (hypodiacono) qui cum timore ac tremore Dei clericorum, reliquias fragmentorum corporis Dominici custodiant, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ne cum negligenter agitur, portio corporis Domini granis inferatur iniuria Communio enim corporis Domini nostri si negligenter erogatur, & presbyter minora nõ curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga fe-

*Epist. 2.
De cons.
Dist. 2.
can. Tribus
Iuo. lb. 1.*

riatur. Certè tâta in altari holocausta offerâtur, quanta in populo sufficere debent. Quòd si remanserint, in crastinũ ne referuentur, sed cum timore ac tremore, clericorũ diligentia consumantur. Qui autem hæc residua in sacratio relictã cõsumant, ne statim ad communes accipiendos cibos conveniãt, ne putent sanctæ portioni cibũ cõmiscere, qui per aqualiculũ digestus in secessum funditur. Si ergo mane Dominica portio oditur, ad sextã vsque ieiunet qui eam consumpserunt ministri: Si tertia vel quarta, ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. Ita canon Clementinus. In quo audis corporis Domini sacramenta, & æterna sacramenta, ratione nimirũ rei signatæ, contentæ, præsentis, exhibitæ, ipsius vtique corporis quod immortale est, & mortuum semel, iam amplius non moritur. Audis & corporis eius reliquias, fragmenta, residua, portionẽ Dominicam, ratione signi continetis, siue specierũ. Audis dici holocausta, quæ in alteri offerâtur, ratione signati contentique in hoc sacramento corporis, quod haud dubiè est vera illa & salutaris hostia. Audis deniq; sacramenti à cõmunionem reliquias modò seruatas, modò consumedas, quasi seruari veritas. Distingue tẽpora, & cõcordabis. In quotidiana Ecclesiæ primitiuæ cõmunicatione, aut certè ita frequẽte, nihil fuit opus seruatis sacramenti reliquiis, qua desita vel desue facta, iisdẽ opus fuit cõseruatis in vsum absentiu, infirmorũ, peregrinorũ superuenientium, &c. Vt antè visum est. Obiectũ est & à Valdensibus hoc ineũte seculo, sic, illo (aiebãt) tẽpore, exẽplo Christi sedẽtes statim acceperũt, & nihil retinuerunt, nec extra domum extulerunt, & hæc institutio diu stetit, sicut Chronica gestorũ ostendunt, & vetustissimus Græcus Origenes, qui statim post Christi tẽpora fuit, sicut primarius magister, scribit super tertiũ librũ Mosis, Quicũque hunc panẽ cœnæ Christi secũdã vel tertiã de sumpsit, nõ benedicetur anima eius, sed inquit nabitur. Propterea Gabaonitæ, quia antiquos panes portauerũt ad filios Israël, oportuit eos ligna & aquam portare. Sic illi. Quos contra oportuit probare sacramentũ à primoribus Christianis sedẽtibus sumptũ, cum idã pro cõsuetudinibus sumi solitũ verisimilius sit, iuxta illud Chry-

*Sacramenta
æterna.*

Rom. 6.

holocausta.

*Valden. ad
Vladis. la-
trũ Hũga-
ria Regem.
anno. 1508.*

Iost. præallegatū, Procūbe, adora & accipe. Et de sacramē
 ti etiā domi asseruatione testantur Chronica Origene tū
 anteriora, vti Tert. tum etiā & quidem multò plus atque
 certius, posteriora. Eius autē locus, quem allegant, partim
 horū quæ allegant, nihil, partim aliquantò secus habet.
 Nā vbi litera nostra habet de lege hostiæ pro delicto, cu
 ius carnes eadē comedētur die, nec remanebit ex eis quic
 quam vsque mane, vel vt idem, aut eius magis interpre
 verit, In qua die donum offertur, manducabunt, & non
 derelinquēt ex eo vsque in mane: iuxta LXX. In qua die
 donantur, comedentur: non relinquent ab illa ad mane,
 more suo allegorizein, super Iudaicis literis, quasi carni
 bus hesternis & veteribus, in Ecclesia non docendis, sed
 spiritualibus, quasi nouis atq; recētibus, addit, Et Domi
 nus panem quē discipulis dabat, & dicebat eis, Accipite,
 & māducate, non distulit, nec seruari iussit in crastinum.
 Hoc fortasse mysterii cōtinetur in eo, quòd panē portari
 non iubet in via, vt semper recentes, quos intra legeris,
 verbi Dei panes proferas. Deniq; Gabaonitē condēnan
 tur, & ligni cæsores vel aquæ gestatores fiunt, quia panes
 veteres ad Israëlitas detulerūt, quibus lex spiritualis iube
 bat semper vti recētibus & nouis. Hæc mystagogus ille,
 nihil ad hanc rem, aut certè non admodum, nimirū inter
 pretatus, carnē quæ sacerdotibus ex sacrificiis deputatur,
 verbum Dei esse, quod in Ecclesia docent. Quòd si quæ
 addit paucula, innuunt panem mysticum non esse seruā
 dum, nec in crastinum. Age, nec pauciora videamus pro
 eodem contrā, modò paulisper, modò diutulè, pluribū
 que diebus asseruando. Mox enim ibi sequitur, Alia sane
 sacramētōrū figura est, quæ iubet etiā in altera die, quod
 superfuerit, nihil verò in tertiam diem reseruari: sed nec
 nos lateat, esse quoddā tempus, in quo benedictio sit ve
 teribus vefci. Nam de septimo, qui remissionis, & Sabba
 ticus esse annus dicitur, Manducabis, ait, vetera, & vetera
 veterū. Sub septimi, inquā, anni mysterio tūc benedictio
 est vetera manducare, nunc verò prohibetur. Hæc ille,
 quisquis est. Nam hæc homiliæ Origenis, & eadē Cyrilli
 nomine, separatis etiā voluminibus impressæ. Sed qui eas
 vertit Ruffinus, illo posterior, hoc iunior, fatetur se has

*Leuit. 7.**Homil. 5.**Ios. 9.*

vertisse liberius, hoc est, multa quæ dicit defuisse, de suo atrexisse, nec tamen indicat quid sustulerit, quid adiecerit. Verum non admodum refert, quis vel interpres, vel autor, cum omnes prisci fuerint. Sed siquidem earum autor est Cyrillus, ut quorundam non leuis est coniectura, præterquam quod Alexandriae episcopus quid hac in re moris Alexandrinis suis fuerit, ut ex Dionysio etiam Alexandrino, & Basilio Cæsareæ episcopis antea diximus, ignorare non potuit, permultum certe absuit, ut Eucharistiã negauerit asseruandã, ut qui ad Calosyriũ Arsenoiten Episcopum scribens, id negare insaniam ascripserit. Audio, inquit, quod dicant mysticã benedictionẽ (sic Eucharistiã peculiariter vocat hic autor) si ex ea remanserint in secundum diẽ reliquiarum, ad sanctificationẽ, inutile esse. Sed insaniunt hæc dicentes, Non enim alius fit Christus, neque sanctum eius corpus immutabitur, sed virtus eius benedictionis, & viuifica gratia manet in illo. Hæc admodum expressa sunt, ut nec inter aduersarios Coryphæus, apud quos extant & Græca, negare in totum ex his potuerit huius sacramenti asseruacionẽ. Autor autem est, sed autore præter se nullo, quod sciam, nullum certe citat, orta apud veteres de Eucharistiã dubitatione, nisi si quæ huius reliquiarum remanserint in diẽ alterum, sanctificationi seruirent, visas esse Anthropomorphitis inuitiles, quos hic arguat Cyrillus, ut humana membra diuinitati ascribentes, ita & gratiam Spiritus sancti nescientes, & vim mysteriorum negantes, Imaginabatur quicquid panis (seu signo) corruptibili accidisset, id necessario & corpori accidere: & à carne sola, spiritum ignorantes, sanctificationem expectabant. Insanos igitur vocat, qui sic de Christi corpore sentiret, ut cui non idem accidat, quod signo corruptioni obnoxio. Unde licet panis hic benedictus non sit tam recens sequenti die quam primo, eodem tamen modo ut priore die, seruire sanctificationi posse, Christus idem heri atque hodie. Eius item corpus est supra mutationem (corruptionem, mortem) à quo nunquam separatur, & viuifica, quæ est vis per Eucharistiã, gratia. Quoad ergo esui seruire potest, tãdiu & ad sanctimoniam utilis est. Atqui non est, ut panis vim eam acceptam propterea feras, vel Christum alliges, Christi enim est, qui manducatur. Hinc veterum

*Benedictio
mystica.*

*Sacramen-
tarij Cyril-
lo insani.
Oecolampad.
lib. 3. Epi-
stolarum.*

*Anthro-
pomorphis.*

*Hebr. 13.
Psal. 15.
Act. 2.
Rom. 6.*

religio, Eucharistiã in terrã cadere ægreferentiũ , quã & ad hospites mittebãt, & ad infirmos ferebãt. Alij vltra triduum nõ reseruabãt, alii nec in crastinũ. Variatũ ergo in hoc apud veteres, suo quẽq; sensu abundãtes, non sic tamen quasi Christi carnẽ interim extra ministeriũ panes cõseruent. Nihil igitur cõmune habemus cũ Anthropomorphitis, vt qui Christũ nõ mutari, eiũsq; gratiã minime cõsumptibilem fateamur. Et propterea hesternis etiã reliquiis sanctificari ægros, vt solitũ loquendi morẽ non asperner, nõ negauerimus, tamen in Ecclesia incolumes id agere exhortamur, vt verior sit Dominica cœna. Hæc ille, partim verè, vt magna vis veritatis, & clara est Cyrilli litera, partim erroneè ac incõstanter: Verè, quãdiu panis hic benedictus & mysticus esui seruire potest, tandiu & ad sanctimoniã vtilem esse, seu vsui esse posse, sic vt & hesternis reliquiis, si ad quos delatæ fuerint, vti, vesci, & sanctificari queãt, Christi enim corpus non mutari, manere virtutẽ benedictionis, & gratiã viuificã, remanentibus vtiq; reliquiis. Quod quid aliud est, quàm quod dicimus, Christi corpus semel Christi verbo consecratum, nõ immutari, & in eo vim & gratiã mysticã manere, etiã cum seruetur, quãdiu scilicet externæ species & reliquiæ incorruptæ manẽt, ac edules, seu ad esum aptæ & cõmodæ. At parũ, meo quidẽ iudicio, cõstanter, quòd eas reliquias sumpturũ se licet sanctificaturas, Dominicã tamen carnẽ interim seruire negat, & crassum id errorẽ esse putat: imò veltrũ huic fidei nostræ oppositũ errorẽ non simplicẽ esse putauit Cyrillus, sed merã potius insanã. Et quid alioqui prisca Catholici ad hospites episcopos, ad absentes, ad ægros, ad eremicolas monachos & monastrias, à tẽplis ad episcopia, ad eremos & monasteria, ad priuatas deniq; fideiũ domos, missitabãt aut ferebãt? simplicemne panẽ laicum, profanũ ac pistorium, an verò mysticũ, eulogicũ, & Eucharisticũ, & panẽ Domini, vt alicubi August. loquitur, imò panẽ etiam Dominũ: Eucharistiã certè putabãt & vocabãt, & Eucharistia certò erat, ac proinde caro Dominica, vt qua etiã, nedum pane, illa cõstet, nisi forte fallebãtur & fallebãt pleriq; tũc omnes illi. Hodierni verò Nouatores nec falluntur nec fallunt,

Tracta. 59.

in Ioan.

2. Tim. 3.

imò, quod Paulus ait, errât ipsi, & alios in errorê mittût, & nisi in sumpturi nutu erit ac renutu, vt vel hîc adsint, vel hinc absint, res huius sacramenti multò maximæ ac præcipuæ. At cõtrâ certum est post consecrationem aliquandiu veritatê Dominici & corporis & sanguinis permanere, si (pro quia) modò verû est, in ea Christi fideles verè Christi corpus & sanguinè ac recipere. Quâdiu autem & quousque ibi maneât, & quâdo primùm illic esse desinât, quibus quæso, principiis statui definitiue potest, nisi vel scripturæ, vel Ecclesiæ, quæ optima eius interpret est, autoritate? Atqui verbo Dominico, & quidè hîc omnia fieri ac cõfici, cõfecta autè, seruata & reposita, huc & illuc lata & relata signata cum signis, & res cû symbolis remanere, tot præallegatis Ecclesiasticis, Cõciliaribus, & pontificiis, siue principalis in Ecclesia Cathedrâ, patrûq; testimoniis definitû est, in alterâ, eamq; nostrâ, partem, vt ex aliquo superiorû principiorû certius statui aut definiti nequeat. Sed hortamur, ait vbi paulò suprâ, Nouatorum vnus, incolumes in Ecclesia id agere. Rectè, incolumes. Nos quoque id peruelimus, vt quod & peruelint tot Ecclesiæ canones, sacrorû nisi sacris in locis, & solèni ritu per Episcopos delibutis, & nisi summa vrgeat necessitas, interdictorij. Qualis, inquâ, necessitas est ægrotorû, vinctorû, aut huiusmodi sentica de causa ab Ecclesiis publicis absentium. Canones plures sunt, quàm vt allegari, præsertim omnes, aut valeât aut debeant. Expressissimus est Fœlicis IIII. Missas vt nō nisi à sacerdotibus Deo sacratis cātandas, & sacrificia super altare offerēda, ita non nisi in locis Domino cõsecratis, & tabernaculis diuina

Epist. 1.

cap. 1.

De consecr.

dist. 2. can.

sicut non alij.

Sessio. 22.

Missæ domesticæ vtitæ.

Episcoporû prece delibutis. Et fatius Missam nec cātare, nec audire, nisi summa cõtingat aut cogat, quæ legē non habet, necessitas, quàm in locis, vbi fieri nō oportet. Non oportet ergo, & nullatenus licet in domibus oblationes ab Episcopis vel presbyteris celebrari. Qui canō est Gregorius 8. Laodicensi Cõcilij multò anterioris, circiter Liberij & Damasi I. tēpora. Quos canones sequēs Concilium Tridentinū Decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ, inscripto, de hoc ita cauit, Ne patiantur Episcopi priuatis in domibus, atq; omnino extra Eccle-

fīa, & ad diuinū tantū cultū dedicata Oratoria, ab eis-
 dem ordinariis designāda & visitāda, sanctū hoc sacrifi-
 ciū à secularibus aut regularibus quibuscūq; peragi. Idē
 quod suprā, sed in necessitate, cōcessit Triburiēsis Syno- *Can. conce-*
 dus, Sicubi, quod peccatis, inquit, nostris exigētibus, sepe *dimus.*
 factū est à normanis, Sclauis, Vngaris, & malis aliis Chri- *Iuo lib. 2.*
 stianis, aut quouis alio qualicūq; modo Ecclesiæ incēse *de presbyt.*
 fuerint & cōbustæ, in capellis cū tabula cōsecrata missas *Capella.*
 celebrari, donec Ecclesiæ instaurari queant. In itinere itē *Tabula.*
 positis, si Ecclesia defuerit, sub diuo, seu in tentoriis, si ta- *Missæ sub*
 bula altaris cōsecrata, cæterāq; sacra ministeria ad id offi- *dio.*
 cium pertinētia ibi adfuerint, Missarū permittit celebrari
 solēnia. Liceat igitur hac ciuili tēpestate, pauperulis Ca-
 tholicis per reformatores istos tēplipetas eisdem & tem-
 plicremos, quod Catholicorum maioribus per barbaros
 reformatorū maiores incēdiarios tum licuit. Rideat No-
 uator Missas, vt sic dicā, sub diuales, nihilominus in Pala- *Missæ Ca-*
 tinas & castrēses futurus irreligiosus, quālibet prisce fue- *strenses.*
 rint, & cū reddita Ecclesiis per Cōstantinū Imp. piissimū
 pace institute. Nā preter Oratoriū siue templū in Impe- *Oratorium*
 ri ali palatio Lateranēsi ab eo constructum, cōstruxit, & *Palatinū.*
 sibi fieri curauit Ecclesiæ instar, Tabernaculū, quam vbi- *Sozomen.*
 cūq; locorū esset, in bellica præsertim expeditione, & dū *1. 8.*
 aduersus hostes castrametaretur, paratā circumueheret, *Tripart.*
 quatenus in itinere aut solitudine agēs, nec ipse nec exer- *1. 9.*
 citus sacro lumine priuarentur, vbi opus esset ac deceret, *Nicephor.*
 nec sacris ædibus destituerentur, in quibus Deū laudare, *7. 46.*
 oratēq; ac mysteriis participare possent ac deberent. Se- *Templum*
 quebantur enim sacerdotes atq; diaconi, ad hāc Ecclesiā *portatile.*
 portatilē, velut ad tabernaculū, præsto semper atq; assi-
 dui, seruiētes, & ministeria diuina iuxta statas Ecclesiæ
 ceremonias atque regulas obeuntes. Ex quo etiā tēpore,
 Romanorū cohortes atque legiones, post Numeri, nun- *Numeri.*
 cupatæ, sua sibi quæq; propria struxerūt tabernacula, sa-
 cerdotēsq; illis suos ac diaconos distributos habuerunt.
 Hic equidē nō assero Eucharistiā fuisse itē, vt adē sacrā
 oratoriā *εραφορνιū* portatilē, sed nec inficior: Neutrū *Chrisma in*
 enim ex hoc quidem loco liquet. Et in ordine Romano *processione*
 multò posteriore, Chrisma sanctū in p̄cessione ab aco- *gestatum.*

lythis gestatū manu in mappula inuoluta cum ampu'la inuenio. Eucharistiam gestatam non inuenio. Illud mihi nunc satis est, iam tantò antè non in statis modo templis, sed in metoriis etiam tabernaculis ædiculisque sacris, sacra hæc mysteria & confecta esse, & participata.

Eucharistiæ reliquiarum alicubi incensio.

CAP. X.



Leuit. 7.

Homi. 5.

Psal. 109.

Psal. 18.

D quorum ut redeamus reliquias, in earum asseruationem pergunt aduersarij Originem, ubi supra, producere, quasi eas incendi potius is voluerit: Quem locum, hac de re licet nec cœlum, quod aiunt, nec terram attingat, ideo proferre minus grauabimur, quod seipsum soluat. Multus, ait, est excessus hæere per hæc singula, & ex occasione testimoniorum longius euagari, cum explanationem sacrificiorum habeamus in manibus. Sequitur ergo, Quod si votum fuerit, aut si voluntarium sacrificauerit munus suum, quacunque die obtulerit sacrificium suum, edetur & altera die. Et quod superfuerit de carnibus sacrificij vsque in diem tertium, igne cremabitur. Si autem manducans manducauerit ex carnibus die tertia, non erit acceptum ei qui offert illud, non reputabitur ei, coinquinatio est. Anima autem si qua ex eo manducauerit, peccatum accipiet. Sic Moses. Hoc est, ut hic exponit Origenes, quod & Dauid dicit, fiat oratio eius in peccatum, quando non solum meriti nihil, sed etiam culpæ multum ex sacrificiis quæritur. Audis legislatorem decernere, quod si quis manducauerit ex eo quod superfuerit in tertiam diem, peccatum accipiet. Vnde cognoscendum, quanta humanæ conditioni peccatorum labes imminet, cum oriatur etiam inde peccatum, vnde hostia propiciationis offertur. Hæc considerans, credo, Dauid dicebat, Peccata quis intelligit? Votum igitur & voluntatis sacrificium est, quo & secunda quidem die vesci fas est, penitus verò abiuratur in tertiam. Sed dat remedium negligentibus, Si fueris, inquit, inuoluitus, & non potueris omnes carnes sacrificij secunda finire die, nihil in die tertia comedas, sed igni trade quod

superest. Si enim volueris post duos dies manducare de sacrificio, peccatum accipies. Hæc ille ad literam. Sequitur spiritus, Ego, ait, prout sensus mei habet capacitas, in hoc biduo duo testamenta intelligo, in quibus liceat omne verbum, quod ad Deum pertinet (hoc enim est sacrificium) requiri & discuti, & ex ipsis omnem rerum scientiam capi. Siquid autem superfuerit, quod scriptura diuina non decernat, nullam aliam tertiam scripturam debere ad auctoritatem scientiæ suscipi, quia hæc dies tertia nominatur, sed igni tradamus quod superest, id est, Deo reseruemus. Neque enim in præsentī vita Deus scire nos omnia velut, maximè cum Apostolus dicat, Quia ex parte scimus, & ex parte prophetamus. Cùm venerit quod perfectum est, destruentur quæ ex parte sunt. Iste igitur ignis est, cui quæ in tertium diem superfuerint, seruare debemus, vt non temeritate præsumpta nobis assumamus cunctorum scientiam, vt ne meritò nobis dicatur ab eodem Apostolo, nescientes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Ergo ne fortè non fiat acceptum sacrificium nostrum, & hoc ipsum quod ex scripturis diuinis cupimus scientiam capere, vertatur nobis in peccatum, seruemus eas mensuras, quas nobis per legislatorem lex spiritualis enunciat. Hæc ille. Quo licet loco de reliquiarum Eucharistiæ per ignem consumptione nihil penitus habeat, non tamen hic ab aduersariis nulla nobis lis superest, vrgentibus Hesyhij testimonio, ipse ætate hunc incendendarum sacramenti huius reliquiarum morem inualuisse, Sic autem habet vbi legimus, Quicquid reliquum fuerit de carne & panibus, ignis consumet, Quod nunc, ait, videmus etiam sensibiliter in Ecclesia fieri, ignique tradi quæcunque remanere contigerit inconsumpta, non omnino ea quæ vna die, vel duabus, aut multis seruata sunt: vt enim apparet, non hoc legislator præcepit, sed quod reliquum est, incendi iubet. Dies autem non commemorauit, vt quæcunque cuiuscunque rei causa emergente remanserint inconsumpta, siue tempus, siue quid aliud in causa sit, ignis opus & consumptio fiat. Ergo ex hoc quod agitur sensibiliter, significatio cuiusdam intelligibilis rei, eis qui intendunt,

*Ignis. Deus.**Deut. 4.**Hebr. 12.**1. Cor. 13.**1. Tim. 1.**Leuit. 3.*

prouenit: vt quando ad comestionem sacrificij deficiamus, & comedere illud integrè non possumus, mente forsan lassescente siue deficiente, vtrum ea quæ videntur, corpus oporteat intelligi Domini, in quod oculis nec angeli possunt prospicere, non relinqui, sed tradi ea igni spiritus oportet, vt ea comodat, quæ nobis sunt ex infirmitate inescibilia. Quo autem modo comodat? Cùm cogitauerimus virtuti (vel virtute) spiritus esse possibilea ea, quæ nobis impossibilea videntur. Hæc ille. Cuius nouissima proxima sunt iis quæ alibi de vi verbi Dei in sacris

Exod. 12.

Nume. 9

Ioan. 19.

Agni paschalis offertur tradita.

1. Cor. 2.

super ossibus Agni Paschalis olim non comminuendis, cùm in toto Dominicæ incarnationis, tum in hoc presertim Eucharistiæ sacramento, quicquid velut ossium est, & tanquam ad vescendum, grauiora, inquam, & intellectu difficilia, vel potius impossibilea, Deo nostro, qui ignis consumens est, velut conficiendum consumendumque tradere, & potestati spiritus eius humiliter reseruare, vt qui, cùm is diuinus sit, atque adeo Deus, omnia quæ Dei sunt, scrutetur atque penetret, etiam profunda & abditissima quæque arcana, quò nulla vnquam hominum pertingeret subtilitas aut curiositas. De quo qui plura vult, quoniam de hoc obiter tantùm hîc diximus, consulat Nazianzenum super sanctum Pascha, Theophylactum super Ioan. cap. 19. Gregoriũ Magnum homil. 22. super Euangelia, & super Iob. 30. Morolium lib. 20. cap. 10. Paschasium de spiritu sancto, lib. 2. cap. 4. Qui mihi occurrunt impræsentiarum, si quos autem alios repererit, vicissim indicet. Ergo qui de hoc sensibili reliquiarum igne Hesychio credunt, credant eidem super intelligibili rerum harum igne, credant, inquam, Hesychio toti, quæ in his sacris videntur, corpus esse Dominicum, oculis alioqui Angelicis inaspectabile, idque tantò spiritus diuini potestati magis possibile, quantum

Efytius siue

Isychius,

quis, cuius

et quando.

infirmitati humanæ plus impossibile. De hoc autem in super autore, vt & id quoque obiter obseruem, siue is fuerit Isychius, vt eius habet post antiqua exemplaria editio, siue Efytius Tritemio presbyter (Hierosolymitanus) & monachus, Gregorij Nazianzeni auditor & disci-

pulus, sine Helychius Augustino contemporaneus & Sa-
 lomitanus Episcopus, siue Isycius Gregorij magni syn-
 chronus, episcopus Hierosolymitanus, & scriptor lati-
 nus, vt non ita pridem doctissimo Theologo Ioanni
 Hesselio Louaniensi de Eucharistia scribenti visum est,
 ignorare nō potuit, vel ille quid de huiusmodi reliquia-
 rum rum asservatione, tum etiam cultu suus præceptor
 senserit: neque hic quid eius tam æquales quàm anteces-
 sores super iis obseruauerint, in gratiam presertim infir-
 morum, &c. Proinde incendium eiusmodi ritus fuit &
 temporaneus, & regionalis seu localis. Cui non admo-
 dum refragati sunt quidam hodieque Catholici, nō quo
 tantum casu esset vel calix effusus, vel alterutra Euchari-
 stia species euomita, aut sic putruisset, vt foret, quod ait
 Helychius, inesibilis, & sic inconsumptibilis, sed quo e-
 tiam casu communionem peracta, nemo superesset perce-
 pturus, superstites illas reliquias, cum corrumpi possint,
 alicubi & aliquando reuerenter igni contraditas, vt ele-
 mento purissimo absumendas, ne qua ex eorum nimia
 asservatione, & ita corruptione, sacramento fieret irre-
 uerentia, irrisio, iniuria, quæ nulla fit per hoc incendium,
 vt cuius vis & operatio ad specierum modò externarum
 absumptionem, non etiam ad rerum ipsarum, corporis
 inquam, & sanguinis Dominici lesionem pertinere pos-
 sit. Nam & tantò anterior Pius I. pontifex & martyr, ea
 super quæ aliquid Domini vel de sanguine stillasset (vel
 de corpore cecidisset) igne maluit exuri, & cineres intus
 altare recondi, quàm conculcari. Cuius etiamnum decre-
 to, si quo casu ex improviso quippiam ex sacramento re-
 liquum sit, quod sumi non possit, hodieque comburitur.
 Quorum inconuenientium & remediorum pleni sunt li-
 bri Sacerdotales & Scholastici. Inter quos illud conue-
 nit obseruandum, vbicunque species integræ inueniuntur,
 eas reuerenter conseruandas, vel etiam sumendas, quòd
 iis manentibus incorruptis, tandiu ibi Christi corpus
 maneat, &c.

*Epist. 78.**79. 80. De**civitate 20.**5. legisla. 9.**40.**Anno 1564.**Grope. li. 2.**cap. 33.**De cõs. dist.**2. ca. Si per**negligent.**Iuolib. 2.**Sacerdotale**Rom. Part**tract. 4. ca.**et. et**5. Tho. 1. r.**3. quæst. 83.**art. 6. ad 7.*

Eucharistia reliquiarum per pucros absumendarum ritus.

*Enugrinb.
4.36. Nice
phor⁹ 17.25
Pueri Eu-
charistiæ re-
liquias ab-
sumebant.*



Vit & aliis alia reliquiarum huiusmodi consumendarum ratio. Qualis vetus & à multo tempore consuetudo Constantinopolitanæ Ecclesiæ, vt cum plusculum de particulis immaculati corporis Dei Dominique nostri Iesuchristi reliquum esset, sacerdotes pueros innocētes, ex eis qui ad scholas & ludum literarium eunt, accerferent, eisque ieiunis reliquias quæ superfuissent, darent absumendas. Quemquidem ritum, & quod eius occasione secutum est de puero Iudæo earum particularum inter æquæuos particeps facto, ob idque inter ardentem in furno paterno vitrario prunas diuinitus illæso seruato, miraculum contigit sub Iustiniano Imp. & Mena patriarcha, qui post Euagrium renarrat Nicephorus, tantò post sub Palæologis Impp. testatur sibi admodum puero, cum scholas frequentaret, & à prima maxime ætate in sacris ædibus studiosè versaretur, idem sepe numero cōtigisse, vt scilicet, de huiusmodi reliquiis cum æqualibus ederet. Vt sciamus quàm vetus & diuturnus mos hic fuerit, qui sub Iustiniano principe iam peruetus, vltra Palæologos nouissimos Imperij Græcorum principes peruenerit. Renarrat & hoc miraculum ante annos paulo minus Mille Gregorius Turonensis, De gloria martyrum, sed nulla eius moris mentiones, Tantum ait Iudæi filium, cum apud Christianos pueros ad studia literarum exerceretur, quadam die dum Missarum festa in basilica B. Mariæ celebrarentur, ad participationem gloriosi corporis & sanguinis Dominici cum aliis infantibus infans accessisset &c. Renarrat & Sigebertus Gemblacensis ad annum Domini 552. & odo cancellarius Parisiensis sermone in Dominica XXV. post Trinitatis, quasi tunc etiam pueri communicare solerent.

*Miraculorū
lib. 1. c. 10.*

*An Eucharistia pueris olim data, aut etiam-
num danda.*

CAPVT XII.

Fuerint



Verunt igitur & alicubi & aliquandiu hæ reliquæ pueris exhibitæ, sed & sic dicam, perfunctoriè, ne, credo corrumperentur, illud magis mirum. Eucharistiam infantibus serio, religionis ergo, ac velut necessario datam fuisse, & quidem in Ecclesia veteri, adeoque primitiua. Nam inter Apostolicos Baptismi ritus. Et hunc recenset Dionysius baptisatum sacratissimæ communionis participem facere. Nec verò est, quod locum de adultorum baptismo exponamus, eo quod in spirituali intelligentia sic idem habeat, in fine omnium pontifex ita perfectum ad sacratissimam Eucharistiam vocat seu inuitat, & consummantium illi sacramentorum communionem Deificam tradit. Nam & adhuc ut ibi adnotat scipiaſtes, in antiquis mysteriorum voluminibus etiam de infantibus hoc modo legitur. Si Episcopus adest, statim confirmari oportet: postea communicari. Episcopus si presens non fuerit: antequam lactetur infans, aut aliquid gustauerit, communicet eum sacerdos de corpore & sanguine Domini, ante missam etiã, si necessitas fuerit. Ipse quoque eodem opere de puerorũ, ut necdum diuina intelligere valentium tum Baptismo, tum Eucharistia, utroque signo prophanis auditoribus minus ad hæc idoneis ridiculo, rationem reddit, ex traditione non scripta hæc sancta puero pontificem tradere mysteria, ut nutriatur in ipsis, neque vitam aliam habeat, nisi hanc quæ diuina semper aspiciat, quæque huiusmodi sancta communionem proficiat, atque in his sacrum possideat habitum, promoueaturque studiose à susceptore suo, propter quod Græcos quosdam Aquinas testatur suo etiamnum tempore pueros communicauisse. At eundem ritum videtur, & in Africana quoque Ecclesia, quæ ad latinã spectabat innuere D. Cyprianus. Per baptismum, inquit, spiritus sanctus accipitur, & sic à baptisatis & spiritum sanctum consecutis ad bibendum Domini calicem peruenitur. Nulla quidem hæc puerorum fit metio. Sed de lapsis, testatur se presente euenisse, ut paruula sub nutricao alimento à parentibus relicto, sumpto quod carnẽ necdum edere per gratiam posset pane mero mixto immolatio, à

*Eccl. hiera.**ca. 2. part. 2**et 3.**Thom. part.**3. quest. 80.**art. 9. ad 3.**Iac. Fab. II**Ca. 7. part. 3**Lib. 2. epi. 3**Sermo. 5.*

matre pòst id ignorante sacris nostris illatam, solemnibus adimpleris, cæteris accipientibus loco suo sacramentum recusasse, à diacono infusum è polluta erupisse. Eiusdem ritus, hoc est, à baptismo ad altare, & altaris sacramentum veniendi, commemorat D. Ambrosius, & baptisatos toto licet corpore, postea tamen esca spiritali potuque mundari, adeo tamen nulla puerorum mentione, vt de adultis non obscure loqui videatur. Plebs inquit, abluta, ad Christi contendit altaria, dicens. Et introibo ad altare Dei, &c. Depositis erroris inueterati exuviis, renouata in celeste festinat adire conuiuium. Venit igitur, & videns sacrosanctum altare compositum exclamat, & iam loquentem David inducit, Dominus pascit me, in loco pascuæ ibi me collocauit, Paraasti in conspectu meo mensam, poculum meum inebrians quam preclarum est. Et clarius adhuc alibi, baptismum lac, Eucharistiam solidiorem cibum vocat, nemo, inquit, cibum Christi accipit, nisi antea sanatus. Qui vocantur ad cenam, prius vocando sanantur. Vbique mysterij ordo seruatur, vt prius per remissionem peccatorum, vulneribus medicina tribuatur, pòst alimonia mensæ cœlestis exuberet, nondum validioribus reficitur alimentis, nec Christi corpore & sanguine ieiuna solidioris fidei corda pascuntur. Lacte inquit, vos potaui, non esca, nondum poteratis, Nec adhuc quidem potestis, in modum lactis quinque sunt panes. Esca solidior Christi corpus, potus vehementior Domini sanguis. Non statim à primo epulamur omnia, nec potamus, hoc primum, inquit, bibe. Est ergo primum, est secundum est tertium. Primum quinque panes, secundo septem, tertio ipsum est Christi corpus, vt hic Ambrosius ad escam hanc solidam, similem, hoc est, solidam fidem requirit, qualis puerorum non est, minimè vero infantium. Extat & eiusdem argumenti apud Basilium, quem non illibenter imitatur Ambrosius sermo, quod qui per baptismum regeneratus est, participatione deinceps diuinorum mysteriorum nutrirì debeat, sed in quo sermone de pueris nihil. Quin potius recitatis Euangelistarum & Pauli de Cœnæ institutione ac vltu

*De his qui
initiantur
mysteriis.
ca. 8.*

*Et in psal.
118. sermo.
16. versu. 3.*

Psa. 22.

In Luc. c. 9.

verbis, *Quid*, inquit, utilitatis habent hæc verba? ut edentes ac bibentes perpetuo memores simus eius qui pro nobis mortuus ac resurrexit. Atque ita instruamur, &c. Atqui puelli huius neque disciplinæ, neque memoriæ capaces sunt. Et paruulorum tamen communionem adhuc in vsu ac more fuisse conuicere est ex Augustino Ambrosii catechumeno, idque non ex vno eius loco. Sic enim infantes à parentibus à baptismo ad gentilium sacra attractos inducit Deo se excusantes in die Domini. Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & poculo Domini, ad prophana contagia sponte prope- rauimus, &c. Et aliquot tractatibus aduersus Pelagianos videtur vrgeri non tantum baptismi, sed Eucharistiæ quoque in paruulis necessitatem ad salutem, adeoque idem credidisse romana tum Ecclesia. Sic enim Innocentius I. Rom. pontifex Mileuitano Concilio contra Pelagianos respondebat. *Quod eos vestra fraternitas asserit prædicare paruulos æternæ vitæ præmiis etiam sine baptismatis gratia posse donari: perfatuum est.* Nisi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint sanguinem eius, non habebant vitam in semet ipsis. *Qui* autem hanc eis sine regeneratione defendunt, videntur mihi baptismum etiam ipsum cassare velle, cum prædicant hos habere, quod in eos creditur non nisi baptisate conferendum. Mirum eius temporis pontificem ex Eucharistiæ necessitate baptismi vt eius præcursoris vrgeri necessitatem, nisi idem & ex eodem tum loco, tum innocentij argumento & autoritate aduersus eosdem hostes vrgeret Augustinus. Sic enim cum alypio scribit Pelagium in Ecclesiastico iudicio, vt aliquomodo catholicus pronunciaretur, anathematizare compulsus esse, infantes etiam si non baptiscentur habere vitam æternam, hac enim, ait, negata, quid nisi mors æterna remanebit? ac per hos contra sententiam Domini disputabit dicentis. Nisi manducaueritis & biberitis, & cæt. Non habebitis vitam in vobis, illam vtique quæ post hanc vitam futura est: Et contra Apostolicæ sedis autoritatem, vbi de hac ipsa re cum ageretur, hoc testimonium exhibi-

*Epist. 23.**Epist. 93.**Ioan. 6.**Epist. 106.*

tum est Euangelium, ne paruuli non baptisati vitam posse habere credantur. Si autem cedunt sedi Apostolicæ, vel potius ipsi magistro & domino Apostolorum, qui dicit vitam non habituros, nisi manducauerint & biberint, &c. quod nisi baptisati utique non possunt, nempe aliquando fatebuntur paruulos non baptisatos vitam habere non posse. Et nullus, qui se meminit catholicæ fidei Christianum, negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo, sine cibo carnis eius, & sanguinis potu, non habere in se vitam, &c. Nec ita post contra pelagianum vitalem. Scimus etiam paruulos secundum ea quæ per corpus gesserunt, recepturos vel bonum, vel malum. Gesserunt autem non per seipsos, sed per eos quibus pro illis respondentibus, & renunciare diabolo, & in Deum credere dicuntur, unde si in illa parua gratie moriuntur, utique secundum ea quæ per corpus gesserunt id est, tempore quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora gestantium crediderunt, vel non crediderunt, baptisati vel non baptisati sunt, Christi carnem manducauerunt, vel non manducauerunt, & sanguinem biberunt, vel non biberunt, secundum hæc ergo quæ per corpus gesserunt, iudicantur. Et, infantes non norunt quod in altari ponitur, &c. nisi grauissima illis autoritate dicatur, cuius corpus & sanguis sit, &c. sed clarissimè cominus pugnans cum iisdem aduersariis. Dominum, ait, audiamus, non suspiciones, coniecturasque mortalium, de sacramento mensæ suæ, quo nemo nisi baptisatus rectè accedit, dicentem, nisi manducaueritis & biberitis, &c. non habebitis vitam in vobis. Quid ultra querimus? An quisquam hoc dicere audebit, quod hæc ad paruulos non pertinet sententia, possintque siue participatione corporis huius & sanguinis in se habere vitam, quia non ait, qui non manducauerit, sed, & non manducaueritis, velut eos alloquens, qui audire & intelligere poterant, quod utique non valent paruuli? Sed qui hoc dicit, non attendit, quia nisi omnes teneat ista sententia, ut sine corpore & sanguine filij hominis vitam habere non possint, frustra etiam ætas maior id curat. Potest enim si non voluntatem, sed verba loquentis atten-

Epist. 107.

De Trinitate. li. 3. c. 10

De peccator. merit. et remissione. li. 1. cap. 20.

das, eis solis videri dictum, quibus tunc loquebatur, quia non ait, qui non manducauerit, sed si non manducaueritis. Et ubi est, quod eodem loco de hac ipsa te ait. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vi-
Mundus.
 ta? Secundum hoc enim etiam ad nos pertinere illum *Seculum ho-*
mines.
Luc. 20.
Cap. 24.
Mensa do-
minica.
Tit. 3.
1. Pet. 3.
Ioan. 6.
De predi-
catione 55.
cap. 13.
 Sacramentum intelligimus, qui tunc nondum fuimus, quando ita dicebat, quia non possumus dicere ad seculum nos non pertinere, pro cuius vita Christus suam carnem dedit. Quis autem ambigat seculi nomine, homines significasse, qui nascendo in hoc seculum veniunt? Nam filij, ait alibi, seculi generant & generantur. Ac per hoc etiam pro paruulorum vita caro data est, quæ data est pro seculi vita, & si non manducauerint carnem filij hominis, nec ipsi habebunt vitam. Et Optime Punicij Christiani Baptismum nihil aliud quam salutem, & Sacramentum corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant: Vnde nisi ex antiqua, vt existimo, & Apostolica traditione, qua Ecclesie Christi vsitum tenent, præter baptismum, & participationem Dominicæ mensæ. Non solum non ad regnum Dei, sed nec ad salutem & vitam æternam posse quemquam hominis peruenire? Hoc enim & scriptura testatur supradicta. Nam quid aliud tenent, qui baptismum nomine salutis appellant, nisi illud, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Et sic & vos simili forma baptisma saluos facit. Quid aliud qui Sacramentum mensæ Dominicæ vitam vocant, nisi quod dictum est. *Ego sum panis vite, &c.* panis quem ego dederò caro mea est, &c. Si non manducaueritis & biberitis, &c. Si ergo vt tot tanta diuina concidunt testimonia, nec salus nec vita æterna sine baptismo, & corpore & sanguine Domini cuiquam speranda est, frustra sine his promittitur paruulis. Porro si à salute ac vita æterna hominem nisi peccata non separant, per hæc sacramenta non nisi peccati reatus soluitur originalis, &c. vnde conuincuntur. Pelagiani non eos habere posse vitam æternam qui non manducauerunt carnem, nec biberunt sanguinem Christi, sine quo Christi corpore & sanguine vitam prorsus habere non possunt. Et si vel eius sunt, vel eius scriptis aduersus pe-

- Lib. 5.* lagianos collecti, qui inscribuntur Hypognofticon libri. Si, ait, intelligeretis, quare dixerit Dominus. Non opus est sanis medico; sed male habentibus: crederetis utique paruulos sanos, sed vulneratos medico Saluatori ad stationem baptismi sanandos offerri, nec habituros vitam, nisi ipsius qui est vita, manducauerint carnem, & sanguinem biberint, Eius enim edicta sunt. Nisi qui renatus fuerit, &c. Et, nisi manducaueritis & biberitis, &c. Ecce non baptisatus, vitali etiam cibo poculoque priuatus, diuiditur à regno cœlorum, vbi fons viuentium permanet Christus, Quomodo igitur vitam regni cœlorum promittitis non renatis ex aqua & spiritu, non cibatis carne, & non potatis sanguine Christi, qui fusus est in remissionem peccatorum? Sed eius haud dubie sunt contra Iulianum libri, quo valentiolem habuit aduersarium neminem, in quem etiam scribendo immortalis est, ac proinde sententiam non retractasse videtur, in quibus cum obruit maiorum præiudicio, ab Innocentio R. P. exorsus. Qui paruulos, ait, definiuit, nisi manducauerint carnem filij hominis, vitam prorsus habere non posse, huic responde, Imò ipsi Doucino, cuius antistes ille vsus est testimonio. Nisi, &c. Et paulo post. Omnino & paruulorum saluator est Christus, Omnino nisi ab illo redimantur, peribunt, quoniam sine carne eius & sanguine vitam habere non possunt, hoc sensit, hoc credidit, hoc didicit, hoc docuit & Sanctus Ioannes Constantino-politanus. Nec ita post. Nisi manducauerint carnem filij hominis. Id est, Domini, & sanguinem biberint, vitam paruulos habere non posse, &c. Et ne de re tantum spiritualiter per fidem alienam accipienda, non etiam de sacramento tam saepe, tam vehementer contendisse exponas, aut exponendum ipse contendas, aliquanto post in eundem non tantum in paruulo malum, quod baptismate diluatur, negantem, sed & hic Pelagio quoque suo contradicentem. Quid ait, dicturi estis, nisi fortè Pelagio maledicatis? Qui tamen vobis maledicentibus dicat, Et quid velleris, vt facerem? An dicente Christo, si non manducaueritis

Matt. 9.

Ioan. 3.

Lib. 1. c. 2.

Chrysosto.

Lib. 3. ca. 1.

meam carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis, dicturus fueram paruulum habiturum vitam, qui sine isto sacramento fuisset hanc vitam? Puto quod vos maledixisse homini pœnitebit. Et eodem libro. Vbi etiam, ait, ponis, & quia vita

Cap. 12.

carebunt (infantes) quoniam non manducauerunt carnem, nec biberunt sanguinem filij hominis. Et sui perpetuo similis ad Bonifacium contra duas Epistolas Pelagianorum. Hæc, inquit, reconciliatio omnibus

Lib. 4. ca-

pit. 4.

per Christum, necessaria, est in lauacro regeneratio- nes, & Christi carne & sanguine, sine quo nec paruuli possunt habere vitam in semetipsis. Et dicentibus.

Gratiam Christi omnibus necessariam & maioribus & paruulis confitemur, & dicentes de duobus baptis-

Lib. 1.

cap. 22.

natumque non debere baptisari, anathematizamus, Responder. Nouimus quomodo secundum Pelagium hereticum, non secundum Paulum Apostolum hæc

dicatis, paruulis baptismum necessarium, propter regnum scilicet cœlorum, non propter remissionem peccatorum, dantes eis extra regnum Dei locum salu-

tes & vitæ æternæ, etiam non baptisatus fuerit, saluus erit, & cætera. Nec illud cogitatis eos vitam habere

Marc. 16.

non posse, qui fuerint expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso. Nisi manducaueritis, & biberi-

ti, & cætera. Hactenus Augustini de utroque sacramento paruulis, vt sensisse videtur, peræquæ necessa-

rio, loca, quam breuissimè fidelissimèque potui, renarata, In quorum tamen postremo, Thomas, Gra-

tianum, vt credo, secutus, legit, non. Nec illud cogitatis, quod est Augustini exprobandis Pelagianis huius

Part. 3.

loci & præcepti incogitantiam, sed. Nec illud cogite-

Quest. 73.

tis, vt sit id verantis. Quod toties Augustinus vrget

Act. 3.

& exprimit, nedum cogitauit, Ex quo tamen loco a-

De conf.

liter quàm in fonte, lecto aquinas contra concludit

dist. 4. can.

Eucharistiam de necessitate non esse salutis, præsertim

in Ecclesia.

paruulis, prout certè nec est, Sed aliundè fuerat ei pro-

bandum, Igitur ex alio ad Bonifacium loco, quam-

quam tale nihil extat in illius ad hunc sine epistolis, sine

1. Cor. 10.

*De conf.
dist. 4. cap.
Nullus est.*

*Augusti.
p̄b̄or. me-
ritis & Re
miss. lib. 1.
cap. 25. Et
suprà. Epi-
scol. 107.*

libris, sed quiduis aliud potius, ut antea videri potuit, sed citat ex eius sermone ad infantes ad altare de sacramento, Augustini operum, ut ita dicam, helluo. Venerabilis Beda sic. Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis, sanguinisque Domini participem fieri, quando in Baptismate membrum Christi efficitur: nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc quod illud sacramentum significat, Inuenit, bel, Et in riuulis Gratiani legere est, inuenitur. Dicendum ergo quæ in Eucharistia considerantur, Rem, hoc est, corporis Christi mystici unitatem & societatem de salutis esse necessitate, nulli enim extra eam hoc est, Ecclesiam salutem, eam verò rem percipi posse etiam ex solo sacramenti desiderio, nedum ex actuali huius vsu: sacramentum autem non item ad salutem esse necessarium, si quo casu id impeditur percipi, absit modo eius recipiendi contemptuer. Sed contra tum multo Augustini testimonia & triusque sacramenti necessitatem coniungentia, laborat Aquinas ut ordine & lectione Augustinianus, in assignando horum discrimine, & que facit duplex. Prius quidem quia baptismus est inchoatio spiritualis vitæ, Eucharistiâ verò quedam quasi eius vitæ consummatio, Illius ergo perceptio ad eam vitam inchoandam necessaria, huius autem ad eandem consummandam, non quidem ut simpliciter habeatur, sed eam sufficit in voto habere, sicut & finis habetur in desiderio & intentione. Postibus discrimen est, quia per baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam, etiam puer quandoque ut & alia Ecclesia mysteria, percipiendam, sicut ergo ex fide & corde Ecclesiæ credunt, ore confitentur & abrenunciant, Ecclesia maternum citos & cor, quia nondum proprium habere possunt, per ora & corda gestantium ut sacris mysteriis imbuantur, Præstantæ, sic ex intentione Ecclesiæ Eucharistiam desiderant, & per consequens eius rem recipiunt, Sed ad Baptismum non ordi-

nantur per aliud precedens sacramentum, proinde ante huius susceptionem nec eum in voto habent. Nec eius rem sine sacramenti perceptione percipere possunt, nisi soli adulti, & cætera. Hæc ille. Subtilius qui potest, elabatur, & melius, quod ad Augustini locis pertinet, inter hæc sacramenta distinguat. Sed quia hoc mysterium spirituale est alimentum, corporale autem alimentum de necessitate corporalis est salutis, ut videri posset & illud de necessitate spiritualis esse salutis, addit & tertiam differentiam Aquinas, hæc scilicet quod corporeum quidem alimentum conuertitur in substantiam aliti, ideoque nisi realiter sumptum, non potest ad vitæ corporeæ conseruationem valere, spirituale contra conuertit su-
Sic Petrus venerabilis lib. 1. Epist. 2. ca. 4.
ubi antè.
Ad 2.
Confessio- num, lib. 7. cap. 10.
Tho. part. 3. Que. 80. Artic. 2.
Artic. 9. ad. 3.
1. Cor. 11.
2. Cor. 13.

mentem in seipsum. Iuxta illud Augustini, confitentis se quasi audiuisse vocem Christi ei dicentis. Nec in me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me, potest autem mutari seu conuerti homo in Christum, eique incorporari voto mentis, etiam sine sacramenti actuali, ceu diximus, vsu. Adco ut spiritualiter manducet non modo Christum prout, est in hoc sacramento, sed hoc ipsum quoque sacramentum, quisquis credit in Dominum, cum desiderio sumendi dominicum sacramentum. Cuiusmodi fides votum & desiderium est etiam paruulorum, alienum corde ut supra diximus, credentium, voto desiderantium, & cæt. Ad eternum verò huius Sacramenti vsu, esum, potum, cum ex Pauli, quam à Domino accepit, traditione, prærequiratur sui ipsius sumpturi probatio, si in fide sit, & solida, fide ut ex Ambrosio antè dictum, ut sic de pane illo edat, & de calice bibat, hæc attem fides, examen, deuotio, reliquaque Christiana exercitia, & præexercitamenta, atque ut sic loquar, ante sacramenta, in paruulis ante rationis vsu vsitata non sint, ac ne esse quidè possint, non sunt eis hæc sacra mysteria danda, dàda eis alioqui vbi per artem poterunt deuotionè huius sacramenti concipere. Quò non ineptè forsitam, quis accommodet illam Christi, vbi antè, ad Augustinum, vocem de excelso dicentis. Cibus sum grandium, crescæ, & manducabis me. Sic idem intellegendus, eumque securus discipulus eius

Psal. 135.

Prosper Aquitanus Regiensis Episcopus, ad id Davidicum. Qui dat escam omni carni, hoc est omni hominum generi, non tantum Israëlitarum, sed & gentium, de qua

Ioan. 6.

Dominus dicit. Caro mea vera est esca, quæ datur omnibus gentibus, quia nullus renatorum fidelium ab esu eius excipitur, Spirituali utique vel Sacramentali, & sacramentali quoque, sed saltem in voto & affectu, si non in actu, quod aiunt, & effectu. Vnde Augustino tantò posterior, Rudolphus ardeus, Guilelmi nimirum. 4. Aquitanix ducis concionator, ad id, Itaque epulemur. Moneamus & vos, charissimi, ut omnes pariter epulemur epulum animabus nostris necessarium, scriptum est enim,

In Die Pascha.

Nisi, &cæ. Vnde statutum est, ut pueris mox baptizatis, saltem in specie vini, tradatur, ne sine necessario discedant sacramento (hic obiter initis alterius speciei vestigium, vel clarissimum potius testimonium, sequitur) Et quid si discedant, Nunquid damnabuntur? Non, fratres mei, quoniam in fide, & si non sua, tamè patrinorum, saluabuntur? Duo quippe sunt modi manducandi corpus Christi. Vnus sacramentalis, alius spiritualis, &c.

1. Cor. 5.

Ioan. 6.

*Sanguinis
species pue-
ros data.*

Præsanctificatorum asseruatio, cultus vsus.

Cap. XIII.



*Præsancti-
ficatorum
vsus.*

ne superiorem quidem morem absumendarum per pueros cõmunionem peracta reliquiarum fuisse in Oriente aut Græcia, aut etiam Constantinopoli perpetuum Cõstat ex LII. canone Synodi VI. generalis ibidem & sub eodem Imperator celebrati, qui sic habet, in omnibus sanctæ Quadragesimæ ieiuniorum diebus, præterquam sabbato & Dominica, & sacro Annunciationis die, fiat sacrum præsanctificatorum siue antè consecratorum ministeriũ siue sacrificiũ *προηγιασµένου ιερού δευτερογενεία*. Quem canonem enarrans Theodorus Balsamon Gentiano Herneto interpretè, Sacrificiũ (ait) præsanctificatorum, est oblatio sacrificij iam peracti & perfecti, ieiuniorum autem dies sunt luctus & cõpunctionis in ex-

piationem peccatorū: & quia sacrificium Deo offerre, est festum diem agere, statuerunt Patres nouam non fieri consecrationem tota Quadragesima, nisi diebus præmissis, vt in quibus festum agere, non verò lugere vel ieiunare iubeamur. Quod & nunc obseruatur apud Latinos in die Parasceues. Sic Græcus ille. Græci ergo ne tum quidem vel vbique, vel semper, vel omnes absument Eucharistiæ reliquias, sed in singulis Quadragesimæ septimanis viduo tantum consecratis, nec sumptis, sed in vsum eorum qui communicare vellent, asseruatis, reliquis quinque diebus vtebantur, ac etiam num ihodieque fortassis adhuc vtuntur. Hodiernum autem Ecclesiæ cismarinæ seu Latinæ ritum, quo in sancta die Parasceues Eucharistia non consecratur, sed eius diei officium sacramenti pridie consecrati, & in vsum (vt sic dicam) postridianū asseruati ostensione, cultu & perceptione peragitur attingit Paschalius ad illud Lamentationū, Repulit Dominus altare suū. Est vnum (ait) altare in Ecclesia Dei, Christus idē hostia, sacrificium, pontifex, sacerdos, in eo sacrificia omnia offerimus. Id altare Pater repulit in passione pro Iudæis orantem, Pater transfer calicem hūc à me. A quibus repullus paterno iudicio transfertur ad gentes. Pro illis autem Ecclesia quasi Apostolis compatiens plangit, non quod ad se translatum doleat, sed cum Apostolis pro eius morte tristata est, vt post cum eisdem de resurrectione gaudeat. Vnde mos inoleuit in Ecclesia ab Apostolis traditus, vt quo die passus est Christus, eo die hostia non offeratur, tribus scilicet de causis, vel quia tum in veritate immolatus est, cui hæc cæteris diebus sacramenta sunt mystica, vel quia Christus pontifex, qui ea rectè offert, eo die per seipsum descendit ad inferos, vel quia templo soluto, & altari depulso, non est in quo corporis & sanguinis Domini victima offeratur. Hæc ille, quisquis fuit, in glossa quam vocant Ordinariam: quem equidem cuperem magis totum extare, quam ex fragmentis eius mutilis & truncis propositum conuicere. Et hinc (opinor) manauit in Ecclesia, præsertim Romanæ, ritus quo in die Parasceues sepulturam Dominicam representat, clero atrato, lugubri processione sacramentū

Parasceues hodiernus ritus Apostolicus.

Thren. 2. Gloss. ordinari. Tritū. & Gesner. citant.

Matt. 28. Marc. 14. Luc. 22.

Parasceues mos Apostolicus.

Sacerdotale Rom. Part. Tractat. 1. cap. 5. de processionibus.

ex altari reuerenter acceptum, & aliquoties adoratum, in feretrum ad id paratum, inferente, idque feretrum serico nigro coopertum, cum cereis, cruce, ac incenso stationibus aliquot ferente ac referente, cantibus ei tempore peculiaribus. Quoquidem tempore clausum obfignatumque clerus in nocte paschæ, ante matutinas sacerdos sequente clero eadem procedens reuerentia id adaperit, idque relinquit patenter apertum, educto inde ac recepto Domini corpore, & in sacrarium, seu sanctuarium, quo sacramentum loco seruari consuevit, relato ac reposito, cantans, Surrexit pastor bonus, &c. Feria ergo V. in Cœna Domini reseruat sacerdos in loco honesto & cōuenienti pro sequenti die, in quo in conficitur, vnam hostiam consecratam, aut etiam plures, si necesse sit, pro infirmis. Sanguinem verò totum sumit. Feria autem VI. in parasceue, Calix, aut vas in quo repositum est sacramentum, refertur ad altare multo cereorum & incensi cultu, vnde extractum, omittis que aliàs ad communionem calicis dici solent, sacerdos reuerenter sumit ac percipit. Porro ferunt Innocētium I. statuisse Christi corpus hac die sub specie panis reseruari, vt infirmi & religiosi, quibus est communicandi necessitas, ipsum habeant, & propter officium adimplendum. Nam in duobus diebus sequentibus non conficitur corpus Domini. Et Innocentij quidem decretum habet, traditionem Ecclesiæ habere, bi duo isto sacramēta penitus non celebrari, sed nulla præsantificationem asseruationis mentione. Ratiocinantur iidem sanguinē non seruari sub specie vini, propter multa. I. quia liquor de facili posset ex negligentia spargi. II. quia per calicem qui hac die sumitur, finis veteris legis intelligitur. III. quia corpus quod seruatur, non est sine sanguine. IIII. quod in idem redit cum secundo, quia per hoc quod sanguis non seruatur, ostenditur vetus sacrificium cessare. Panis enim nouum, vinum vetus designat testamentū. Ad quod ostendendum, Dominus cum bibisset, ait, Consummatum est. Calix igitur sumitur, & panis seruatur, eò quòd lex finem, & Evangelium habet initium. V. quia Christus in cœna dixit, Non bibam de hoc genimine vitis, donec &c. nihil tale

*Missale**Rom.**Pontificale
part. 3.**Ceremoniale
lib. 2.**Secl. 1. cap.
47. 48. 51.**Rationale,
lib. 6. cap.**76. paragr.
9. 10.**Innocen. I.
epist. 1. cap.**4. de conse.
dist. 3. can.**sabbato.**Sanguis cur
non asser-**uetur.**Ioan. 19.**Matt. 26.**Marc. 14.**Luc. 22. 24**Ioan. 21.*

de corpore aut esu locutus: imò inuenitur postea com-
 disse, postea bibisse non inuenitur. Hæc ratiocinator il-
 le, non admodum firmè quo ad hoc postremum, nisi quòd
 Dominum & de Paschate à se postea non edendo pol-
 licitum, de veteri exponeret. Verum an nouum pascha,
 hoc est, Eucharistiam postea quoque cum Emauntinis *Luc. 24.*
 peregrinis in fractione panis sumpserit, præterquã quod
 non certò liquet, non est præsentis nunc instituti. Face-
 ret & ad Eucharistiæ præsanctificatæ asseruatione, quod *Nicephor.*
 sequitur, nisi eius scriptor inter schismata quæ post IIII. *lib. 18. c. 45*
 & V. Synodum in Ecclesiam irrepserunt, reponeret, &
 quo tempore quam quisque voluisset, placitum sibi sum-
 pisse potestatem. Acephalos ita dictos, quòd sub Episco- *Acephali.*
 pis non essent, iis apud eos defunctis, nec baptismum, nec
 oblationem, nec rem aliquam diuinam, aut vllum Eccle-
 siæ ministerium pro recepto ac solenni more celebratum.
 Quicquid tamen est, id referam, Valeat, aiunt, quod va-
 lere possit. Communionem, ait historia, illi à plurimo
 tempore asseruatam habentes, feriis paschalibus, in mi-
 nutissimas incisam partes, conuenientibus ad se homini-
 bus dederunt. Habes & apud hæreticos Eucharistiæ con-
 seruatione. Nisi fortè Nicephorus id & inter cætera non
 pro Ecclesiæ more ab eis administrata recenset.

*Eucharistia à nouo sacerdote per dies XL. olim
 sumpta ritus. Cap. XIII.*

Rit & alius conseruandi consumendiq; præ-
 sanctificata modus, omnium adhuc dictorum
 mirabilissimus, cuius ante annos plus 500. *Fulbertus*
 meminit Fulbertus Carnotensis episcopus, *cũ Pascha-*
 speciali de hoc ad Pinardum siue Finardum *sio impres-*
 epistola, Hostiam sacerdos recens ab Episcopo promo- *sus, Loua-*
 tus de manu ordinatoris susceptam, quotidiano vsu ad *nij an. 1561.*
 quadragesimum vsque diem minutatim cõsumebat. Ro-
 gatus eius rei rationem & autores, respondit putauisse se
 hoc omnibus Ecclesiis eatenus asseruerum, nulli vel nouum,
 vel vanum. Prouinciales certè Episcopos in eum ritum
 omnes consentire. Porrò cum quidam inter alios ordi-

natus, hostiæ, sicut & alij coordinati, ab ordinatore sumpta, in pergameno ad eum usum parato inuolutæ portioniculam quotidie iuxta computatum instantium dierum numerum fumeret, accidit ut quadam die expletis mysteriis, vestimenta cum sindone altaris colligens incautiùs immemor, minusque diligens, thesaurum cœlestem infœlix amissum, in crastinum celebratione reperita, instante communicandi hora, non inueniēs, turbaretur: & consternatus fursum deorsum cursitans, nec signum aliquod reperiret. Quod Episcopus audiens fratris negligentia factum, vnius reatum omnibus in commune statuit pœnitendū, reum autem arctioris pœnitentiæ disciplina corrigendum. Hac ergo occasione rogatus Episcopus, num ei videretur, salua ordinis religione, sanctificatum panem, primo vel secūdo sanctificationis die totum simul percipi posse, quem videbat non sine periculo tantis temporis tractu sumi, præsertim cum nosset raros huius ordinis viros peruigilem ea in re curâ adhibere, Fulbertum velut hebetiorem increpans, respondit ita esse quod quærebat, si discipulis ad prædicationis officium in mundum mittendis, adhuc tardis & dubitantibus sufficiens resuscitati corporis speciem semel vidisse, quam contem-
Act. 1. semel visam Dominus ab eis repente non subtraxit, sed per quadragenos dies, sibi cōplacitos sui glorificati reuelata facie, tanquam panis cœlestis suauitate refecit. Episcopus ergo vices Christi tenens, sacerdotes in plebem subiectam missurus, Eucharistiam eis per tot dies sumendam distribuit, ut dum, verbi gratia, quotidie cœlestis panis alimoniam reficiuntur, tempus illud in mente habeant, quo per tot dies Dominus discipulis apprensus & consecrens, desideratæ visionis satietate refecit. Fulbertus ad hoc responsum præ familiaritate studiosius requirentium idem mysterium supplere posset panis à presbyteris quotidiana celebratione sacratus, audiuit, Ut multæ sunt Ecclesiæ per vniuersum terrarum orbem propter diuersa loca, vna tamen sancta Ecclesia Catholica propter vnâ fidem, sic & multæ oblatae propter offerentium vota, vnus panis est propter vnitatem corporis Christi. Nam panis ab Episcopo consecratus, & panis à sacerdote sanctifica-

Corpus Domini vnum

eus, in vnū & idem Christi corpus *transfunditur* propter
 secretam vnus operantis potentiae virtutem. Sed *quodam modo* aliud esse dicitur, quod in virginali vtero sumpta
 carne crucis sustinuit iniuriam, de sepulcro surgens disci- *ob idē, quo-*
 pulis apparuit, cuius memoriam in pane presbyteris col- *modo aliud*
 lato agit Episcopus: aliud quid (quod) per mysterium a- *& aliud.*
 gitur, dum Episcopi & omnes sacerdotes in mensa alta-
 ris sub sacramento cōmunicatæ (communionis) carnis, *Oratione*
 panem sanctum secreta oratione quotidie cōsecrare vi- *cōsecratus.*
 dentur, quod ad illud respicit, quod consecrantes nuper
 ordinati presbyteri, cum pontificali oblatione percipiūt.
 Nam illud Dominicum corpus ex mortuis suscitātū, & *Rom. 6.*
 in cœlis locatum non moritur, illud sacramento (seu in
 sacramento) dum quotidie consecratur & sumitur, quasi
 quotidie nobis moritur, resurgit, apparet. Sed nec in hoc
 mēs fidelium scandalū dubietatis debet incurrere, quōd
 Christum morte semel gustata iam non vltra moriturū
 audit, cum carne assumpti hominis in paterna gloria se-
 dētem, & hīc sanctificatum panem audit item nomina-
 ri verum Christi corpus, dum & illud de Virgine assump-
 tum, & istud de materiali virginalique creatura con-
 secratum, vnus idēque artifex Spiritus inuisibili ope-
 ratione in substantiam veræ carnis *transfundit*, carnis vi-
 delicet non cuiuslibet, sed verè carnis de qua ipse, Ni- *Ioan. 6.*
 si (ait) manducaueritis carnem meam, non habebitis vi-
 tam in vobis: quod vtique exponi alio tempore indi-
 get, & fidei oculis intueri. Hoc autem quod ad præsens
 spectat, quod nec subitis nec nouis adinuetionibus con-
 stat expōsitum, soluamus. Nosti Hebræis sub Mose *Manna.*
 manna de cœlo per annos quadraginta subministratum. *Exod. 16.*
 Qui populi dux secundis adiutoribus septuaginta vi- *Septuagin-*
 ris sustentabatur, presbyterorum formam exprimentis *ta seniores*
 bus, nunc in Ecclesia nouitia pontificale onus susci- *presbytero-*
 pientium, & regendis populis inuigilantium. Porro qui *rum typus.*
 sumens de spiritu Moyse senioribus illis dedit, per quos *Numer. 11.*
 populum ille sibi commissum per tot annos iudicauit,
 idem dux noster Dominus Iesuschristus, discipulos ad
 prædicationis officium in mundum missurus, eis spirita-
 lium dona charismatū infudit. Illi post immolationem

agni paschalis manna cœlitus misso per quadraginta annos sustentati, hi cœlestis Agni peracta passione per XL. dies glorificati corporis specie reuelata, tanquam cœlesti suauitate resecti. Quem cœlestem cibum, quam suauitatem Angelicam, non per typicas aut umbratiles figuras, sed per indubitatam vnionis veritatem, repræsentat Dominicus ille cibus, quem per XL. dies sumendum tanquam salutis viaticum Pontifex noui Ecclesię cultoribus distribuit, quos suę pastoralis curę vicarios adiutores ad erudiendam plebem sibi commissam constituit, vt dum hunc præ oculis habentes degustant, illū mente tractent, qui de cruce morte triumphata ad Patrem ascendit: dum à semetipsis consecratum corpus percipiunt, illum fidei gustu experiantur, per quē Christus nobis quotidie moritur, resurgit, & ad consummationem vsque seculi manere se nobiscum pollicetur. Hęc Fulbertus memoria, vt inquit, ex Romano scrinio, cuius exemplaria tum perdidit, super ea obseruatione, se consulenti, vt quod irrationabiliter consultori factum videretur, sanioris consilij ratiōne corrigeret, præfatus in primis huiusmodi obseruantiarum in aliis & aliis Ecclesiis diuersitatem non offendere, vbi non scinditur fidei vnitas: Neq; nos scandalisandos, siquidem diuersam obseruationē audimus, non diuersam fidem. Et ritus quidem huius seu nationalis seu prouincialis, quando alibi mihi non occurrit, sit penes Fulbertum fides.

Viaticum.

Matt. 28.

*Obseruatiã
non scindunt
fidei vnitas.*

Eucharistia extra vsum asseruata cultaque.

C A P. X V.



*Eucharistia etiam
nō sumpta,
adorata.*

Erūm quid tandem, dicit aliquis, ad Eucharistię adorationem, hoc est, ad præcipuum huius farraginis argumentum, tot tamque multiplices eius vel asseruationis, vel absorptionis modi atque casus? Multum per omnia sanè, ac per omnem modū, vt cuius nulla vel asseruata vel absorpta, etiam si non sumpta mentio, non ferè cum cultus ac reuerentię inter eam etiam non sumendam, sed vel asseruadam, vel etiam absumentam,

dam, mentione. Nisi forte præter superiora tam multa, Gorgonia illa pia & docta mulier, Gregorij Nazianzeni doctissimi Theologi soror, Eucharistiam non adoravit, quam oravit, adeoque exoravit. De quo cultu, & ad eam in importuno periculo aditu & accursu, & auxiliij opportuni apud eam occursum & obtentione sic frater testatur, & sic eam laudat & commendat, Laborabat ea morbo alieno non humano, sed & insolenti & incurabili: desperatis omnium aliis tum precibus, tum medicamentis, vtrisque etenim inefficacibus, ad omnium fugiens medicum, captata noctis solitudine, cum leuius aliquantò morbus vrgeret, datis velut induciis, ad, siue ante altare procubuit, eumque qui super illud colitur, cum magno clamore obtestans, & omnibus appellans nominibus, omnium quæ vnquam fecerat, miraculorum commonefaciens, vetusta enim & noua callebat, pia quadam impudentia impudens, eam quæ ad tactum fimbriæ Domini fluorem sanguinis compresserat, imitata, capite super altare reclinato, eique admoto, simili cum peccatrice, quæ Christi olim pedes irrigarat, lacrymarum profluuiio, parique clamore, non se prius cessaturam comminata, quàm sanitatem adepta, suo illo pharmaco totum corpus suum vngens, & sicubi manus eius aliquid signorum aut ex preciosi corporis ac sanguinis Dominici subemplari (ἀντιτύπον) recondiderat, id lacrymis admiscens (ὁ miraculum) protinus liberatam se morbo sensit, & tam animo quàm corpore leuata recessit, vtriusque sanitatem, spei suæ mercedem adepta. Hæc Theologus de sorore. Nec verò admodum refert vbi hoc contigerit, domine in priuato sacello, an in templo: & sumpserit necne sacrum Gorgonia, asseruatum certè atque reconditum adoravit, & Dominum in eo præsentem inuocavit, ab eoque impetrauit, &c. Nec offendat antitypi vocabulum, Scimus enim alioqui Eucharistiam & visibiliter typum esse atque antitypum, tam præteritæ nimirum mortis, quàm futuræ gloriæ, & inuisibiliter prototypum, Christi vtique corpus & sanguinem, adeoque Christum totum, & vtraque verè ac præsentem. Fimbriæ autem Domini & Eucharistiæ collatio, allusioque, & ab illa sum-

*Gorgonia
egra Eu-
charistiam
adorans con-
ualuit.*

*Christus su-
per altare
colitur.*

Matt. 9.

Marc. 5.

Luc. 8.

Sanguiflua.

Luc. 7.

Peccatrix.

Miraculū.

*Euchari-
stia antity-*

pon &

Prototypū.

Fimbriæ &

Euchari-

stie allusio.

- ptum salubris huius effectus argumentum, extat & apud
Matt. 14. alios Græcos & Latinos. Quo enim loco scribitur, Et ro-
Marc. 6. gabant Dominum Genesareni, vt vel fimbriã vestimenti
 eius tangerent, & quicumque tetigerunt, salui facti sunt.
Homil. 51. Tangamus ergo (hortatur Chrysostomus) etiam nos
 fimbriam hanc, imò verò totū. Ipsum enim, si volumus,
 non vestis solū, sed corpus ipsius nobis propositum,
 non vt tangamus solummodo, sed & comedamus, & sa-
 turemur. Adeamus ergo Christū singuli ægrotantes cum
 magna fide. Nam si qui fimbriam eius tetigerunt, tunc
 omnes conualuerunt, quantò magis corroborabimur, si
 totum in nobis habebimus? Cum fide autem accedere,
 non est vt tantummodò propositum corpus recipias, sed
 & quidem multò magis, vt mundo corde tangas, & sic
 adeas, quemadmodum ad ipsum Christum, &c. Et qui a-
 pud nos Chrysologus dicitur, Tetigit mulier vestimen-
 tum, & ab antiquo est curata languore. Miseri nos, qui
Serm. 33. quotidie corpus Domini tractamus & sumimus, & à no-
Communio stris vulneribus non curamur: Non Christus infirmar-
quotidiana tibus, sed fides deest: nam multò magis modò in nobis
sine fide nõ manens poterit curare vulneratos, qui latentem mulie-
curat. rem præteriens sic curauit. Et, O quid hæc mulier vidit
Serm. 34. habitare in Iesu interioribus, quæ vel in eius fimbria di-
 uinitatis totam vidit inhabitare virtutem! O quàm do-
 cuit mulier, quãtum sit eius corpus, in cuius fimbria tan-
 tùm hæc esse monstrauit! Audiant Christiani, qui quo-
 tidie corpus attingunt, quantam de ipso corpore sume-
 re possunt medicinam, quando mulier totam rapuit de
 sola Christi fimbria sanitatem. Sed quod nobis flendum
 est, mulier de vulnere medicinam tulit, nobis medicina
 in vulnus retorquetur. Hinc Apostolus tangentes indi-
 gnè Christi corpus, sic admonet, Qui tangit indignè, iu-
 dicio sibi sumit. Et quòd inde temeritas infirmitatem
1. Cor. II. capiat, vnde fides accipere debebat sanitatem, &c. Hæc
Præsentia illi. In quorum vtroque audis Christi in hoc sacro præ-
plus quàm sentiam, quam cum iis adores magis quàm explices: a-
spiritualis. liam certè quàm pureputè spiritualem, seu per fidem so-
Christus in lam. In priore, huius sacri sumptione Christum totum,
Euchari- ac proinde quã hominem, sumi: Audis & ad corpus in
stia totus.

is mysteriis propositum, ut ad ipsummet Christum, nobis adeundum. Et hic ergo Christi, non sine anima nec diuinitate sua, corpus. In posteriore audimus, & cum eodem sentimus communionem quamlibet frequentem sine fide, non modò non prodesse, sed & grauius obesse. Et interim habes quotidianæ tum adhuc in Ecclesia communionis testimonium, Cleri haud dubiè: Nam ex eius aliorumque illius æqualium querimoniis constat laicos multò iam antea quotidie communicare desuisse. Redeuntibus igitur nobis ad hanc asseruationem occurrit, vel potius recurrit Ambrosius, qui præter superioris ipsius, & de Eucharistiæ cultu testimonium, & de viatici in extremis sumptione exemplum, vasa mystica, & ut eadem appellat, initiata, vasa esse Domini sanguinis agnoscit, in iis infusum auro irrutilare Christi sanguinem, &c. Qui sic loquitur, sanguinis, opinor, agnoscit præsentiam, etiam extra sacramenti usum. De hoc enim minus hic loquitur, sed de iis in pauperum usus, si ubi alia defuerunt subsidia, distrahendis. Alioqui opus esse ut de Ecclesia mystici populi forma non exeat, nec ad usus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ait idem alibi: Christum super altari esse, Martyres sub altari, sic, succedant victimæ triumphales (reliquiæ SS. Geruasij & Protasij) in locum ubi Christus hostia est, sed ille super altare, qui pro omnibus passus est, isti sub altari, qui illius redempti sunt passione, &c. Et audiuius Optatum ita loqui, sed quis quæso, veterum non ita loquitur? Equis ergo Christum in altari & super altari præsentem non adoret, etiam si fortasse non sumat? Quidam apud eum Flammeum, in quo caput omnium Christus quotidie consecratur, corporale intelligunt, quod virginum fortè consecrandarum capiti superimponeretur, ad differentiam nuptialis, cuius idem eodem opere meminit. Et certè in corporali corpus Domini & conficitur, & asseruatur, antequam percipiatur. Quibusquidem vasis nec honorem quidem suum desuisse, cum ex aliis antea, tum ex Epiphano & Hieronymo diximus, multò minus sacris signis, omnium

Vasa mystica Officior. lib. 2. cap. 28.

Epist. 85. qua & ultima.

Flammeum corporale. D. Gropet. artic. 2. ca. 22. ex lib. 1. Et 2. de virginib. lib. 2. Vasa. Signa.

Re. verò minimè rebus ipsis, & quidem in omni retro Ecclesia, quanlibet Apostolica & primitiua vicina.

Adorationis gestus exterior multiplex.

CAP. XVI.

Adorationis Eucharistiæ gestus exterior.



Ec obest disputatum olim iam fuisse, aut etiãnum disputatio super adorandi gestu, cum de adorationis substantia inter omnes Catholicos semper cõuenerit, ac etiam num conueniat. Stantes ergo an sedentes, proni an supini, erecti an geniculati, manibus passis an iunctis, Christum in Eucharistia præsentissimum adoremus, adorationis per se non refert, sed temporum magis & locorum, & id genus circumstantiarum. Inter ritus Ecclesiasticos, non illos quidem ab Apostolis expressos, sed ab eis tamen traditos, & tantò post obseruatos ab illorum vsque temporibus, hunc enumerat Tertullianus, Die Dominico nefas ducimus de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsque gaudemus. Et suo eum more secutus Hieronymus, Multa, inquit, quæ per Traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis vsurpauerunt. Velut, Die Dominico, & per omnem Pentecosten de geniculis non adorare. Cuiusquidem ab omnibus, vel penè omnibus obseruati sic meminit Basilius, In prima Sabbati erecti deprecationem perficimus, sed rationem (vt & aliorum quorundam traditorum, non scriptorum) non omnes nouimus. Non solùm enim quòd veluti Christo resuscitati, quæ sursum sunt, quærere debeamus, in die Resurrectionis datæ nobis gratiæ stando precantes nosmetipsum commonefacimus, sed quòd is videatur aliquomodò imago venturi seculi. Eoque, cum sit principium dierum, vnus à Mose, non primus appellatus est, tanquam qui sæpe recurat, vt vnus sit idem & octauus, vnus illum singularem ac verum octauum, cuius Psalmista meminit, per se significans, diem, inquam, post horum temporum statum, nunquam finiendum, vespere nescium, nec successori cedentem, hoc est, æternitatem,

Tradita, nõ scripta. De corona milit.

Stantes cur & quando adorabant. Cõtra Vinciferiani.

De Spiritu sancto cap. 27. Col. 3.

Genes. 1. Dominica diei mysterium. Psal. 6.

quæ nec finem habet, nec senium nouit. Necessarium igitur hoc die Ecclesia suos alumnos docet, stantes absoluerè preces suas, vt affidua commonitione vitæ illius nunquam desturæ, non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum. *Quin* & totum tempus vsque ad Pentecosten, admonitio est resurrectionis, quam in illo seculo expectamus. Nam vnus ille & primus dies septies multiplicatus, septem sacræ Pentecostes hebdomadas absoluit. A primo enim incipiens in principium definit, per similes, qui in medio intercedunt, dies quinquagies euolutus. Vnde & æternitatem similitudine refert, dum velut in motu circulari ab iisdem orsus signis in eadem definit. In quo corporis erecto habitu precari potius nos Ecclesiæ ritus docuerunt, nimirum per euidentem commonitionem, quasi transferentes mentem nostram à præsentibus ad futura. Insuper & quoties genua flectimus, & rursus erigimur, ipso facto ostendimus quod ob peccatum in terram delapsi sumus, & per humanitatem eius qui creauit nos, in cælum reuocati sumus. Subscribit & diuus Hilarius, Hæc, aiens, sabbata sabbatorum ea ab Apostolis religione celebrata sunt, vt his *Quinquagesimæ* diebus nullus in terram strato corpore adoraret. Quod id ipsum extrinsecus etiam in diebus Dominicis est constitutum, qui vltra sabbati numerum per plenitudinem Euangelicæ prædicationis accedunt, Nanque cum in septimo die Sabbati sit & nomen & obseruantia constituta, tamen nos in octaua die, quæ & ipsa prima est, perfecti sabbati festiuitate lætamur. Consentit ad finem totius Panarij de Traditionum vsu Epiphanius, Toto tempore Pentecostes, quod ad dies quinquaginta protenditur, genua non flecti, siue genuflexiones non fieri, preces alioqui statutis & ordinatis diebus cum geniculatione noctu ac interdium effundi. Et in capitulis Græcarum Synodorum, interprete sancto Martino episcopo Bracarensi, sic legitur, Quia quod ab Apostolis traditum est, Canon tenet antiquus, placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paschæ vsque ad *Quinquagesimam*, non prosternant se in oratione humilitatis, sed recto (siue erecto) vultu ad Do-

Viaticum.
Pentecostes
mysterium.

Flectamus
genua, le-
uate.
Prolog. in
Psalms.
Sabbata
sabbatorum.
Quinqua-
gesima.
Dominica.

Cap. 58.
Distin. 30.
cap. 18. pa-
ragraph. si-
militer.

*Epist. 159.
cap. 15. 16.
17.*

Act. 2.

*Rationale
diuinor. of-
ficior. lib.
6. cap. 28.
paragr. 8.
B. Rhenan.
ad Tertull.*

minum fungantur orationis officio, quia in his gaudium Resurrectionis Domini celebramus. Hos secutus Augustinus antiquitatis pariter ac autoritatis Ecclesiasticæ optimus & testis & interpret, ad Ianuarium de ritibus Ecclesiæ scribens, vel quos negligi nefas sit, vel qui pro tempore locoque seruari possint, aut omiti, tolli quæ, si citra maius liceat incommodum, Habet, inquit, dies quinquagenarius, præterquam quòd Spiritus sanctus completo die Pentecostes missus est, & alterum sacramentum, quòd septies septem quadraginta nouem fiunt, & cum reditur ad initium, quod est octauus, qui & primus dies, quinquaginta complentur, qui celebrantur post Domini Resurrectionem, iam in figura non laboris, sed quietis & lætitiæ: propter hoc stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Et post eiusdem numeri diei commendationem ex scripturis veteribus, & legis præsertim veteris latine, Vt stantes, ait, in illis diebus, & omnibus Dominicis oremus, vtrum vbique seruetur ignoro, quid tamen in eo sequatur Ecclesia, dixi vt potui, & arbitror esse manifestum. Et hunc ergo ritum inter orandum vel adorandum, eo quidem tempore, hoc est, tota Pentecoste, & Dominicis totius anni diebus, peruectem, imò Apostolicum fuisse constat an verò Catholicus etiam fuerit, id est, vniuersalis, cum Augustinus dubitet, quæ possimus tantò posteriores, asserere? Esset autem non politicæ tantum ritus, sed fidei quoque articulus, siquidem verum esset quod ex Gregorio quidam citant, Qui in Dominica die genua flectit, Deum resurrexisse negat. Cuperem huiusmodi rapsodos indicare tanti momenti locos. Certè in Gregorio primo, tale nihil extat, nec de hoc quidem ritu tantillum. Modestiùs qui non ita pridem sic annotauit, Geniculari in adorando, velut pœnitentis est: Qui stans adorat, tanquam iam veniam consecutus, gratias agit. A Pascha in Pentecosten non geniculando precabantur, sed stantes, vt qui Deo pro peccatorum remissione, & baptismatis dono gratias agerent. At hoc hodie tantum fit ad lectionem sacrosancti Euangelij, item in vespertino sacro Paschalis hebdomadæ,

ex vetustate relictum. Quæ quanta fuerit, & quanta cum autoritate coniuncta, præter superiora, constat & ex Niceni I. Concilij utique tanti paucorum canonum vicefimo, eodemque nouissimo. Cuius prior editio ita habet, Quoniam sunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecostes, vt omnia in vniuersis locis consonanter obseruentur, Placuit sancto Concilio (à Pascha vsque ad octauas Pentecostes) stantes, Domino vota persoluere. Altera sic habet, Quoniam sunt in Dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecostes, propterea utique statutum est à sancta Synodo, quoniam consona & conueniens per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est, vt stantes ad orationem vota Domino reddamus. Tertia per Teilonem & Thearistum Constantinopolitanum, de græco in latinum versa, in epistola Africani Concilij ab Bonifacium Papam I. quæ ad Concilium Carthaginense VI. pertinet, sic ibi legitur, Quoniam sunt quidam, qui die Dominico flectunt genua, & in diebus Pentecostes, placuit de hoc sanctæ & magnæ Synodo, cunctos in omnibus locis consonanter & consentienter, stantes, Deum orare debere. Vbi canon additus est XXI. huius vltimi Niceni, vt & aliorum, innouatorius, talis, Sanctum Concilium (fortè dixit) Traditus omnibus, & ritè dispositis, vt Ecclesiarum pax & fides in Orientis atque Occidentis partibus vna eademque seruetur, hæc Ecclesiastica statuta necessario credimus (noti Concilij gestis) inferenda. Habes ergo, lector, ritum hunc diutiùs obseruatam. Sed quem adhuc multò post sub nostrate Rege ac Imp. Ludouico Pio I. innouarit Concilium Aquisgranense, cap. 47. iuxta superiorum editionum primam, addita vna vocula, *dignissima*. Sic enim illic legitur. Placuit Concilio, stantes Domino vota dignissima persoluere. Renarravit & post Gratianus, sed iuxta secundam versionem. Neque vsquam reuocatum legi: Nam quod tantò post Honorius III. sanciuit docendum, vt in celebratione missarum cum eleuatur hæc salutaris hostia, vnus se quisque reuerentèr inclinet, noluit, eo, credo, decreto præiudicatum iri

*Die habet
annotatio
marginalis.*

*De cõs. dist.
3. cap. Quo-
nam sunt.
Extra. eod.
tit. ca. sanè.*

D E E V C H A R I S T I Æ

Anno 1555. Niceno, Conciliorum ut primo, sic omnium sanctissimo. Quod quæ iam tum irrepsit genua in Paschali tempore ac gaudio flectentium difformitas, eam ad non flectentium conformitatem reduxerat. Fuerunt hinc à contrario, qui subortam in Ecclesia Lugdunensi, hoc est nostratum Galliarum vel prima, vel certè inter primas, eandem in hoc sacrorum mysteriorum momento non geniculantium disparitatem (ut ex gallico vertam) intolerabilem (ne quid grauius dicam) rati, ad geniculantium paritatem censerent reducendam, non obstante quavis eius Ecclesiæ consuetudine contraria. Cuius equidem controuersię quis exitus fuerit, haud certò scio, nisi quod audio partes à Christianissimo Rege nostro Henrico II. ex consilio RR. Cardinalium Lotharingi & Turnonij, ad eum, in quo ante litem motam, statum reductas, & in eodem manere iussas.

